Este libro usado

FUE DESINFECTADO

para su venta

ESTE MARBETE DEBE SER

TRUIDO POR EL COMPRADOR

JCB
18-3-?

ACTA
PROVINCIALIS CAPITULI,

Cuius Imperiali hoc in Noſtro Conventu S.P. N. DOMINICI Mexícano decurrentis à mundi reſtauratione Sexcenteſsimi Nonageſsimi Septimi Anni ſupra Milleſsimum Die Maij Vndecima celebratio fuit facta.

SVB

R. Adm. P. N.M. Hiſpanicæ Theologo Nunciaturæ, Scrutatore & eiuſdem in Synodis, ex Diffinitore, Procuratoreque Generali ad Curiam vtramque non ſemel, ſed iterum huius Noſtræ Sancti Iacobi Provinciæ de Mexico FRATRE DOMINICO DE SOVSA, Prioris Provincialis pleno, nec non concordi Calculo ad Officium in præſentiarum aſſumpto ipſo vná

DIFFINIENTIBVS

RR. Adm. PP NN. Fr. Ioanne de S. Martin Magiſtro Priore noſtri dicti Mexicei Conventus, Fr. Hieronymo de Cardona Magiſtro, Fr. Didaco de Inoſo Magiſtro, Fr. Ioſepho Gonzalez Sanctiſsimæ Dominæ noſtræ de Pietate Strictioris Obſervantiæ Priore Conventus.



Mexici: apud Hæredes Viduæ Franciſci Rodriguez Lupercio.

ACTA
PROVINCIALIS CAPITULI

[illegible]

[illegible]

[illegible]

✠

IN NOMINE SANCTISSIMÆ TRINITATIS PATRIS, ET FILIJ, ET SPIRITVS SANCTI,

Triclinij & Nobiliſſimi eiuſdem Beatiſſimæ, ſemperque Virginis Matris MARIÆ, Glorioſiſſimi Patris Noſtri DOMINICI, atque Sanctorum, nec non Sanctarum Dei omnium. Amen.

Abſolutiones.

1. ABſolvimus, idque præcipuè inhærentes N. R.mi P. Magiſtri Generalis Fr. Antonini Cloche Ordinationibus, ſequēti quę titulo, videlicet DENVNCIATIONES, præſto erunt, omnes Suppriores, Vicarios, atque Præſidentes huius noſtræ dictæ Provinciæ.

Denuntiationes.

1. DEnuntiamus ob munus Provincialatus noſtræ iam memoratæ Provinciæ Iacobeæ quadriennio complete peracto in ſumptum Adm. R. P. N. Exprovincialis Fr. Laurentij de Arana, illius eveniſſe vacantiam, vnde indictio facta cum fuiſſet Caput illi, ſicuti par erat, vt præfigeretur in futura Capituli Provincialis celebratione ad *Deus, à quo bona* Dominicam vndecima Maij Die. Milleſſimi ſexcenteſſimi nonageſſimi ſeptimi Anni facienda Imperiali in iam noſtro memorato Conventu S. P. N. Dominici de Mexico, queis de iure tam noſtrarum antiquo legum, quam dicti N. Rmi P. Generalis Magiſtri nuperrimè per iuſsiones firmato,

convenientibus legitimé Vocalibus dicta iam Die ſtabilita, ſtatuti ſingulis omnis de hac re præfixis, ſervatis, R. Adm. P. N. Magiſtro huius Capituli Diffinitore Fratre Ioanne de San Martin Priore noſtri dicti Cœnobij Præſide, totali ſuffragio, viſa nunquam feré pace, vnione nunc pleniſſima, atque tranquilitate comperta in Priorem evectus fuit Provincialem Adm. Reverendus P. N. M. Fr. Dominicus de Souſa: Vir vndequaque inſitis naturæ, & acquiſitis virtutum dotibus expolitus, vt qui dulcis quádam indolis ſuavitate, ac innato morũ melle præditus, omnigenæ pro vtroque ſuggeſtu doctrinæ lacte ditatus Provinciam noſtram Dominicanam terram fluentem lacte, & melle ſuis exhibebit auſpicijs, adeó quod præſagiente animo exclamare, poſſimus: *Benedixiſti Domine terrã tuam*, ac egregijs Electi conſpectis meritis magna, vt vix vnquam animorum conſentione perſpecta, proſequi, queamus: *Iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt, iuſtitia ante eum ambulabit, & ponet in via greſſus ſuos*; his etenim rectè factorum greſſibus, non proprio impellẽte ambitu, ſed omnium flagitantibus votis exambitus, ad ſummum Provinciæ Culmen acceſsit, optime de illa promeritus, dum indefeſſo animi ardore, pro rebus ipſius fœliciter gerendis iterato in Romanam miſſus Curiam, longiſſimos terræ, maris que tractus bis metiens, tranſivit per ignem, & aquam, vt inde in refrigerium eductus Religioſorum hominum ſuper capita plauſibili ponatur conſenſu, imo totius Mexicanæ Imperialis Civitatis á Nobilitatis maximo ad Plebis minimum conſentientibus exceptus plauſibus; omnis ſiquidem tam intra, quam extra auris audiens beatificabat illũ, & oculus videns teſtimonium illi reddebat: *A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile, in oculis noſtris.* Qua propter á Reverendiſſimo P. N. Generali Magiſtro confirmari, petimus, ac rogamus humiliter electionem huiuſmodi, quam adeó Deus canonicé, rite que operatus eſt in nobis, cuius quantocyus obſecũdãtes Ordinationibus Generaliũ Capitulorũ Romæ 1589. & ibidem. 1656. pro Provincijs Indiarum in communi. num. 5. Ne ſcrutantes ſcrutinio deficiamus, ſcrutinium tranſmittemus, decretum, & reſponſum ad vſque dignetur, tranſmitte-

re

re humanitus, animo gratanti obedientiam præſtamus electo, modo quo SS. D. N. Alexandro VII. id præcipere viſum eſt, imponere nobis oneris levis, & ſuavis Apoſtolico Brevi: *Sacroſancti Apoſtolatus*.

2. Denuntiamus, decore Domus Domini, nimis quam diligit, & locum habitationis gloriæ noſtræ Mexicanæ Provinciæ SS. D. N. Innocentium XII. benigne motum precibus, cum Noſter extitit Procurator R. Adm. P. N. M. Provincialis, cuius participatio eius in id ipſum, Litteras in ſimili forma Diplomatis Apoſtolicas conceſſiſe, quemcumque prohibentes ad habitum noſtrum hic ſuſcipi ex illegitimo natum concubitu, etiam inter ſolutum patratum, & ſolutam ſub nullitatis pœna ſuſceptionis, & Profeſſionis, & alijs, & tenoris eſt, pro vt ſequitur.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Dominicus Souſa Frater expreſſé profeſſus Ordinis Prædicatorum Procurator Provinciæ Sancti Iacobi Mexicanæ dicti Ordinis, quod dilectus pariter Filius Modernus Magiſter Generalis Ordinis prædicti ſpirituali quieti Religioſorum eiuſdem Provinciæ non modicas, ob frequentem in illis partibus Illegitimorum ad habitum regularem Ordinis huiuſmodi receptionē perturbationes patientium, conſulere peroptans ſuo peculiari decreto die vigeſsima ſexta Aprilis proxime præteriti edito, omnibus, & ſingulis Superioribus Provinciæ præfatæ in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ obedientiæ, ſub formali præcepto, nec non ſub pœna abſolutionis ab officio ipſo facto incurrenda, prohibuit, & interdixit, ne ſub quovis titulo, ſeu prætextu ad habitum, & Ordinē huiuſmodi quempiam illegitimé genitum, etiam ex ſoluto, & muliere ſoluta, cuiuſvis conditionis, & qualitatis exiſtat, abſque expreſſa pro tempore exiſtentis Magiſtri Generalis Ordinis præfati in ſcriptis, & cum ſpecifica derogatione prohibitionis huiuſmodi concedenda licentia, admittant: irritum, & inane declarans, quidquid in contrarium contigerit, attentari, & alias prout in eodem decreto vberiús dicitur, contineri. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat: dictus Domi-

„ Dominicus decretum huiuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur
„ exactius Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri,
„ plurimum deſideret, Nos ſpecialem ipſi Dominico gratiam facere
„ volentes, eumque á quibuſvis excomunicationis, ſuſpenſionis, & in-
„ terdicti, alijsque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis á iure,
„ vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus, quomodo
„ libet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequē-
„ dum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore, cenſentes, ſuppli-
„ cationibus eius nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis incli-
„ nati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium Con-
„ cilij Tridentini Interpretum conſilio, decretum prædictum authori-
„ tate Apoſtolica tenore præſētium confirmamus, & approbamus, illiq;
„ inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ſalva tamen ſem-
„ per in præmiſsis authoritate Congregationis præfatorum Cardina-
„ lium; decernentes eaſdem præſentes Litteras ſemper firmas, validas,
„ & efficaces exiſtere, & fore, ſuosque plenarios, & integros effectus
„ ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tēpore quan-
„ docūque ſpectabit, inviolabiliter obſervari, ſic que in præmiſsis per
„ quoſcumque Iudices Ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Pa-
„ latij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri, debere, ac irritum,
„ & inane ſi ſecus ſuper his, à quoquam quavis authoritate, ſciēter, vel
„ ignoranter contigerit, attentari. Non obſtantibus Conſtitutioni-
„ bus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quatenus opus ſit Provinciæ,
„ & Ordinis Prædicatorum, etiam iuramento confirmatione Apoſto-
„ lica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus,
„ privilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrariū præ-
„ miſſorum, quomodolibet conceſsis, confirmatis, & innovatis. Qui-
„ bus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, &
„ ſufficienter expreſsis, & ad verbum inſertis habentes, illis alias in
„ ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectū hac vice dumtaxat
„ ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs, quibus
„ cumque. Volumus autem, vt earumdem præſentium Litterarum tran-
„ ſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſsis, manu alicuius Notarij Pu-
„ blici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſti-
„ tutæ munitis eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quę
„ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Da-
„ tum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub an-
„ nulo Piſcatoris. Die decima ſeptima Iulij Milleſ-
„ ſimo ſexcenteſimo nonageſimo quinto
„

Cardinalis Albanus. Loco ſigilli. ✠

CUI ſubmittimus Brevi (Regalis tranſitum continenti Indiarum Conſilij, prout fuſius exponit, quod aſſervamus Originale) collum gaudentes; exinde nam renovabitur, vt Aquilæ, iuventus noſtra.

3. DEnuntiamus, debitis que animi gratulationibus applaudimus, à R. Adm. P. N. M. Provinciali per antiquam, ac magnis curarum turbinibus exagitatam litem ſuper dominium poſſeſſionem, ac vſum integrũ Regalis S. Ludovici Collegij dela Puebla inter Angelopolitanam Provinciam, & noſtram omnino, dum Procuratorem ageret, in favorem noſtræ Provinciæ confectam dexterrimé fuiſſe, vt cõſtat ex Brevi á SS. D. N. Innocentio XII. emanato die 16. Menſis Iulij. Anni 1695. Regij Indiarum tranſitu ſupremi fulſito Conſilij, vt Authenticum, apud Mexicani Conventus Noſtri Archivum repoſitum, habet. Tenoris eſt iſtius.

INNOCENTIVS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

„ EXponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Dominicus Souſa Frater expreſſe profeſſus Ordinis Prædicatorum in ſacra Theologia Magiſter, ac Procurator Provinciæ Sancti Iacobi Mexicanæ dicti Ordinis, quod cum alias vigore quarundam Litterarum Patentium, q^m Ioannis Baptiſtæ de Marinis dum vixit Magiſter Generalis eiuſdem Ordinis ſuper diviſsione dictæ Provinciæ in duas, vt erectione illius partes diſmembratæ in Novam Provinciam Angelopolitanam die XXIX. Septembris MDCLVI. expeditarum, ac ſubinde per quaſdam fel. rec. Alexãdri Papæ VII. Prædeceſſoris noſtri in ſimili forma Brevis die XII. Octobris eiuſdem Anni emanatas Litteras cofirmatarum inter cætera Collegium Sancti Ludovici dudum in Civitate Angelopolitana fundatum Provinciæ Angelopolitanæ huiuſmodi aſsignatum fuiſſet, poſt modum dictus Ioannes Baptiſta Magiſter Generalis, cui iura particularia ad Conventum Sancti Dominici Mexicanum eiuſdem Ordinis ſuper dicto Collegio pertinentia antea non innotuerant, comperto, quod ipſum Collegium non ſolum in vim eius fundationis, & illi adiectarum conditionum, verum etiam cuiuſdam contractus onero-

ſi, ac

„ ſi, ac vltro citroque obligatorij poſtea ſubſecuti ad dictum Conven-
„ tum Mexicanum, velut membrum pertinebat, & pertinuerat de con-
„ ſilio hinc exiſtentium quorundam Patrum, ſeu Fratrum collectorum,
„ nec non graviſsimorum huius Almæ Vrbis Iuris conſultorum in pri-
„ mis declaravit, nunquam mentis, aut intentionis ſuæ fuiſſe, iuri quę-
„ ſito prædicti Conventus Mexicani derogare, ac deinde dictas ſuas
„ Patentes Litteras, quibus idem Collegium á prędicta Provincia Sanc-
„ ti Iacobi diſmembraverat, illudque Provinciæ Angelopolitanæ præ-
„ dictæ aſsignaverat, hac in parte revocavit, abolevit, & annullavit, ip-
„ ſumque Collegium cum omnibus eius pertinentijs, iuribus annexis,
„ & connexis, mobilibus, & immobilibus, curæ, regimini, iurisdictio-
„ ni, & proprietati memorati Conventus Mẽxicani, & gubernio ſoliús
„ Provinciæ Sancti Iacobi prædictæ privativé adiudicavit, ac de eiuſdẽ
„ Conventus Mexicani menſa fuiſſe, eſſe, & manere, pronunciavit, nec
„ eo invito, illud ei eripi, alienari, aut diſmembrari, poſſe, declaravit,
„ edixit, & ſtatuit, ſicque ipſum Conventum Mexicanum in eodẽ ſtatu,
„ dictique Collegij poſſeſsione, vſu, & gubernio quoad omnia, prout
„ erat antequã dicta nova Provincia Angelopolitana á memorata Pro-
„ vincia Mexicana ſepararetur, repoſuit, & reintegravit, & alias prout
„ vberiùs dicitur contineri in alijs ipſius Ioannis Baptiſtæ Magiſtri
„ Generalis Patentibus Litteris die XXVI. Iulij. MDCLXIV. deſuper
„ emanatis, quas dictus Alexander Prædeceſſor per alias ſuas itidem
„ in forma Brevis die XXVII. Septembris eiuſdem Anni expeditas Lit-
„ teras ſpecificê, totoque illarum tenore inſerto confirmavit, ac tunc
„ exiſtentibus Archiepiſcopo Mexicano, necnon Angelopolitano, &
„ Iucatanenſi Epiſcopis, ſeu eorum Officialibus ſub certis modo, &
„ forma tunc expreſsis commiſsit, & mandavit, vt vbi, & quãdo opus
„ fuiſſet, & quoties pro parte Superiorum, & Fratrũ Provinciæ Sanc-
„ ti Iacobi, ac Conventus Mexicani prædictorum, aliorumvè in præ-
„ miſsis intereſse habentium, ſeu alterius eorum deſuper fuiſſent re-
„ quiſiti, authoritate Apoſtolica illos, & eorum quemlibet dictarum
„ ſuarum poſteriorum Litterarum, & in eis contentorum quorumcumq́
„ cõmodo, & effectu pacifice frui, & gaudere, facerent, & alias prout
„ in ſecundo dictis Alexandri Prædeceſſoris Litteris plenius ſimiliter
„ dicitur contineri. Porro cum ſubinde nonnulli dictæ Novæ Provin-
„ ciæ Angelopolitanæ Procuratores declarationem, & reintegrationẽ
„ prædictas, ac poſterioris Ioannis Baptiſtæ Magiſtri Generalis Paten-
„ tes, ac Alexandri Prædeceſſoris deſuper emanatas Litteras ſupradic-
„ tas ſubreptionis, & obreptionis vitio laborare prætendentes, cauſam,
„ & cauſas ſubreptionis, & obreptionis huiuſmodi per Patentes Litte-
„ ras Venerabilis Fratris Ioannis Thomæ de Rocaberti Archiepiſco-
pi Va-

pi Valentini tunc temporis Magiſtri Generalis dicti Ordinis die XX.
„ Februarij MDCLXXII. expeditas, quæ á rec. mem. Clemente Papa
„ X. Prædeceſſore pariter noſtro per quaſdam ſuas etiam in forma Bre-
„ vis die IX. Aprilis eiuſdem Anni emanatas Litteras cõfirmatæ fuerũt,
„ pro tempore exiſtenti Priori Provinciali Provinciæ Sancti Hipolyti
„ de Oaxac committi, & delegari obtinuiſſent, primum quidẽ, nem-
„ pe die XXIV, Septembris MDCLXXIV. tunc exiſtens Prior Pro-
„ vincialis dictæ Provinciæ Sancti Hipolyti de Oaxac formato deſu-
„ per proceſſu, & vtraque parte audita, ſubinde vero, videlicet die
„ XXV. Februarij MDCLXXVII. Venerabilis etiam Frater Antonius
„ de Monrroy Archiepiſcopus Compoſtellanus, qui tunc itidem Ge-
„ neralatus dicti Ordinis munere fungebatur de tunc pariter exiſten-
„ tium Procuratoris Generalis, aliorumque graviſsimorum Patrum, ſeu
„ Fratrum eiuſdem Ordinis Conſilio poſteriores Ioannis Baptiſtæ Ma-
„ giſtri Generalis Patentes, & Alexandri Prædeceſſoris Litteras præfa-
„ tas minime ſubreptitias, & obreptorias fuiſſe, per ſuas reſpectivé ſẽ-
„ tentias præfatus quidem Prior Provincialis in Indijs Occidentalibus,
„ dictus vero Antonius tunc Magiſter Generalis in Vrbe præfata de-
„ clararunt, decreverunt, & pronunciarunt, & aliás prout in eorum
„ ſententijs præfatis fuſius etiam dicitur contineri. Denique cum pro
„ parte dictæ Provinciæ Angelopolitanæ novæ iterum moleſtiæ Convẽ-
„ tui Mexicano, & Provinciæ Sancti Iacobi præfatis ſuper memorato
„ Collegio inferrentur vtriuſque partis Procuratoribus coram dilecto
„ filio Antonino Cloche moderno Magiſtro Generali dicti Ordinis com
„ parentibus, ac in eius iuriſdictionem conſentientibus, productiſque
„ hinc inde iuribus, ac præſertim teſtamento quõdam Aloyſij de Leo-
„ ne Anno MDLVII. condito, ex cuius diſpoſitione dictum Collegiũ
„ Sancti Ludovici fundatum fuit, necnon contractu, pactis, & condi-
„ tionibus ſucceſsivè initis cum tunc exiſtente earũdem Indiarum Oc-
„ cidentalium Pro-rege ipſius Aloyſij executore teſtamentario, poſt ma-
„ turam negotij diſcuſsionem emanavit decretum tenoris, qui ſequitur,
„ videlicet. -- In cauſa Mexicana, ſeu Angelopolitana Collegij inter
„ Angelopolitanam actricem ex vna, & Conventum, ac Provinciam Me-
„ xicanam reos conventos ex altera partibus in Indijs Occidentalibus
„ de, & ſuper pertinentia Regalis Collegij Sancti Ludovici exiſtentis
„ in Civitate Angelopolitana in Concilio duodecim ex gravioribus Pa-
„ tribus Ordinis ſelectis, atque approbatis cum approbatione, & ſatis-
„ factione, partium per Rev. Patrem Fr. Antoninum Cloche Magiſtrum
„ Generalem Ordinis celebrato coram ipſo Rev. Patre Magiſtro Ge-
„ nerali in camera ſolitæ reſidentiæ Paternitatis ſuæ die XXIII. Martij
„ MDCXCV. propoſito dubio: an, & ad quem pertineat dominium, &

“ proprietas prænominati Collegij Sancti Ludovicij , informantibus
“ tam ore, quam ſcripto vtriuſque partis Procuratoribus, atque docu-
“ mentis, ac iuribus hinc inde deductis diligenter examinatis, omnibus
“ que maturé perpenſis. Idem Reverendiſsimus cum vnanimi Patrum
“ ſententia cenſuit pertinere ad Conventum, & Provinciam Mexicaná.
“ Loco ✠ ſigilli. Frater Antoninus Cloche Magiſter Ordinis. Cum au-
“ tem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, prædictus Dominicus decre-
“ tum prædictum, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius, ac Con-
“ ventus Mexicanus, & Provincia Sancti Iacobi ab vlterioribus , & in
“ dies renaſcentibus vexationibus liberentur, Apoſtolicæ confirmatio-
“ nis noſtræ patrocinio communiri, & aliás opportunè in præmiſsis á
“ Nobis provideri, plurimum deſideret, Nos ſpecialem ipſi Dominico
“ gratiã facere volẽtes, eũq́ á quibusvis excõmunicationis, ſuſpẽſionis,
“ & interdicti, alijsque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pænis , á
“ iure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quo-
“ modolibet ìnnodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat con-
“ ſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes,
“ ſupplicationibus eius nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis
“ inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium
“ negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum , & Regularium præpo-
“ ſitorum, coram quibus dilectus Filius Procurator Provinciæ Angelo-
“ politanæ ſupradictæ ad præmiſſa citatus fuit, Concilio, præinſertum
“ memorati Antonini Magiſtri Generalis decretum authoritate Apoſ-
“ tolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus , illique in-
“ violabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingu-
“ los iuris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint,
“ ſupplemus, ſalva tamen ſemper in præmiſsis authoritate Congrega-
“ tionis eorundem Cardinalium. Decernentes eaſdem, præſentes Litte-
“ ras firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, &
“ integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & ſpec-
“ tabit in futurum in omnibus, & per omnia pleniſsime ſuffragari , &
“ ab illis reſpective inviolabiliter obſervari, ſic que in præmiſsis per
“ quoſcumque Iudices Ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Pala-
“ tij Apoſtolici Auditores iudicari, & deffiniri debere, ac irritum , &
“ inanę ſi ſecus ſuper his á quoquam quavis authoritate ſcienter , vel
“ ignoranter contigerit attentari. Quo circa Venerabilibus Fratribus
“ Archiepiſcopo Mexicano, vel Angelopolitano, vel Iucatanenſi Epiſ-
“ copis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi , vel
“ alter eorum per ſe, vel álium, ſeu alios, vbi; & quando opus fuerit,
“ & quoties pro parte prædicti Dominici, ſeu aliorum intereſse in præ-
“ miſsis habentium, ſeu alicuius eorum deſuper fuerint requiſiti, eaſ-
dem

“dem præſentes Litteras, & in eis contenta quæcumque ſolemniter pu
“blicantes, illisque in præmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtē-
“tes faciant authoritate noſtra illos, & eorum quemlibet præſentium
“Litterarum, & in eis contentorum huiuſmodi commodo, & effectu
“pacificé frui, & gaudere, non permittentes illos deſuper à quoquam
“quavis authoritate quomodolibet indebitê moleſtari, perturbari, &
“inquietari: contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cen-
“ſuras, & pænas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti reme-
“dia appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimis que ſuper his ha-
“bendis ſervatis proceſsibus cenſuras, & pænas, etiam iteratis vici-
“bus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio bra-
“chij ſecularis; non obſtantibus præfatis prioribus dicti Ioannis Bap-
“tiſtæ Magiſtri Generalis Patentibus Litteris, ac ſuper earum confir-
“matione emanatis Alexandri Prædeceſſoris Litteris primo dictis, alijs
“que præmiſsis, nec non piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. Præde-
“ceſſoris pariter noſtri de vna, & Concilij Generalis de duabus dietis,
“dummodo intra tres dietas aliquis authoritate præſentium in iudiciū
“non trahatur, alijsque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſto-
“licis, ac qua opus ſit præfatorum Ordinis, & Provinciarum, alijsvè
“quibuſvis etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis
“firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegijs quoque,
“indultis, & Litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſsorum quomo-
“dolibet conceſsis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſin-
“gulis illorum tenore præſentium pro plene, & ſufficienter expreſsis,
“& de verbo ad verbum habentes illis aliàs in ſuo robore permanſu-
“ris ad præmiſſarum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & ex-
“preſſe derogamus, cæteris que contrarijs quibuscumque. Volumus
“autem, vt earumdem præſentium Litterarum tranſumptis, ſeu exem-
“plaribus, etiam impreſsis manu alicuius Notarij Publici ſubſcriptis,
“& ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadē
“prorſus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quæ illis præſenti-
“bus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud
“Sanctam Mariam Maiorem ſub annullo Piſcatoris. Die XVI. Iulij.
“MDCXCV. Pontificatus noſtri Anno quinto. J.F.
“

Cardinalis Alvanus. Loco ✠ ſigilli.

QUIBVS Apoſtolicis Litteris, ſatagente cauſas eodem met Reverendo Adm. P. N. M. Provinciali corā Illuſtriſſimo Mexicano Archiepiſcopo, vtpoté ad hoc delegato iudice præſentatis iuridica ipſius ſententia prædicti Collegij dominium, vſum, & poſſeſſionem in integrum Provinciæ contulit noſtræ, prout iam pacificè illius Prouinciæ cedentibus Patribus potitur.

4. DEnuntiamus Lateranenſi Sanctæ Eccleſiæ Romanę ab Anno Dñi 1608. hanc noſtri Conventus S. P. N. Dominici de Mexico, ad bonum Indulgentias lucrandi, & illius omnibus immunitatibus decorari, arcto eſſe vinculo annexam ſpirituali; tamen Privilegij huiuſce memoria, quæ valida fuit á principio, tractu temporis non valebat, infirmata eſt, ſed perfecit eam ſolers Reverendi Adm. P. N. M. Provincialis procura, & zelus Domus habitantis lumen inacceſſibile, quod comedit ipſũ, illiusmet, qui fecit vtraque vnum ad gloriam, ſic patet per Litteras ſacræ vnionis, quæ hoc continentur tenore.

CAPITVLVM, ET CANONICI SACROſanctæ Lateranenſis Eccleſiæ omnium Urbis, & Orbis Eccleſiarum Matris, & Capitis.

* * * *

„ DIlectis Nobis in Chriſto Priori Provinciali Provinciæ
„ Mexicanæ, ac Priori, cæteris Fratribus Ordinis Prædi-
„ catorum Conventus Sancti Dominici Civitatis Mexi-
„ canæ ſalutem, & ſynceram in Domino charitatem.
„ Cum aliás à Prædeceſſoribus noſtris fuerit veſtris An-
„ teceſſoribus, & Vobis indulta vnío, ſubmiſsio, annexio, & incorpo-
„ ratio Eccleſiæ, & Monaſterij præfati Sancti Dominici dictæ Civita-
„ tis Mexicanæ Noſtræ Sacroſanctæ Lateranenſi Baſilicæ ad hoc, vt
„ omnibus Gratijs, Indultis, Indulgentijs, Privilegijs, Immunitatibus,
„ & Exemptionibus frueremini, quibus omnes aliæ Eccleſiæ, Monaſ-
„ teria, alia que pia loca quæcumque Nobis vnita, ſubmiſſa, annexa,
„ & incorporata vigore Indultorum Apoſtolicorum Nobis á quam plu
„ ribus Summis Romanis Pontificibus conceſſorum, & confirmatorũ

vtun-

vtuntur, potiuntur, & gaudent; ſub conditione tamen, & decreto, vt pro ſigno Superioritatis noſtræ perpetuum annuum cenſum duarum librarum ceræ albæ laboratæ quotannis, vel ſaltem in fine cuiuslibet Quindenij hic Romæ in Vigilio Nativitatis Sancti Ioannis Baptiſtæ Nobis perſolvere, & Litterarum renovationes, ſeu confirmationes de quovis XV. anno á Nobis petere, & reportare, teneremini; prout latiús in primevæ ſubmiſsionis Litteris à Nobis expeditis ſub die 17. Maii 1608. in Regiſtro Archivi noſtri numero 26. folio 177. in varijs ſubinde á Vobis reportatis renovationibus, alijs que eiuſdem Archivi noſtri documentis comprobatur. Modò autem Vos tanquam obedientiæ filij, præmiſſa ſolutione dicti cenſus pro toto feſto Nativitatis Sancti Ioannis Baptiſtæ proximè futuro Nobis humiliter ſupplicari feceritis, quatenus earundem Litterarum renovationem, ſeu confirmationem impartiri, dignaremur. Nos veſtris precibus per Admodúm Reverendum Patrem Magiſtrum Dominicum de Souſa porrectis favorabiliter inclinati, vná cum Illuſtriſsimo, & Reverendiſsimo Maffeo Farſeto Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Clerico, ac Eminentiſsimi, & Reverendiſsimi Palutij Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarij, Epiſcopi Præneſtinenſis, & eiuſdem noſtræ ſacroſanctæ Lateranenſis Baſilicæ Archipræsbyteri Cardinalis Alterij nuncupati, Vicario, in Patriarcho noſtro, vt moris eſt, Capitulariter congregati auctoritate ordinaria, & quá vigore Indultorum Apoſtolicorum fungimur, in quorum vſus poſſeſsione ſumus, omnique alio meliori, quo poſſumus modo: dictas primevæ ſubmiſsionis Litteras, cũ omnibus in illis contentis Clauſulis, Gratijs, Indultis, Indulgentijs, Privilegijs, Immunitatibus, & Exemptionibus, iuxta Sacri Concilij Tridentini, & Summorum Pontificum decreta, innovamus, & confirmamus, ac ad Quindennium, á Data præſentium inchoandum, extendimus, & prorogamus. Volentes, vt deinceps perpetuis futuris temporibus cenſum, modo quo præfertur, Nobis ſolvere, Litterarũ huiuſmodi renovationes, ſeu confirmationes de quovis XV. à Nobis petere, & reportare inſignia Lateranenſia in lapide inciſa in fronte dictæ Eccleſiæ, quatenus appoſita non ſint, apponi, facere teneamini, Succeſſores que Veſtri teneantur. Datum Laterani. Die 30. Aprilis 1695. Sanctiſsimo Domino Noſtro Innocentio Papa XII. Sedente. Anno quarto.-- Franciſcus Maria de Porta Canonicus Camerarius.-- Petrus de Anibalis de Luſtria Canonicus, pro Cancellario.-- Ioannes Franciſcus Ripa Canonicus à Secretis.-

Loco * ſigilli dicentis: CAPITVLVM SACROSANCTÆ LATERANENSIS ECCLESIÆ.

IDE.

5. DEnuntiamus Litteras Patentes Reverendiſſimi P. N. Magiſtri Generalis ad optimum Regularis Diſcipli-nę regimen,& ad bonorum omnium incrementum in noſtram deveniſſe Provinciam, quibus, ſicuti obedientiæ iura exigebant, vt dono ſurſum deſcendenti à Patre Dominicanorum luminum à maiori parte R Rorum Adm. PP. Magiſtrorum in Cõſilio cernuo, imo gratanti pectore inviolabiliter obſervandis paritum eſt. Quid mirum? Venerunt ſiquidem nobis omnia bona pariter cum illis, quæ ad hunc tenorem habentur.

IN DEI FILIO SIBI DILECTIS UNIVERſis Patribus, ac Fratribus Provinciæ Noſtræ Sãcti Iacobi de Mexico Indiarum Occidentalium Ordinis Prædicatorum.

FRATER ANTONINVS CLOCHE SACRÆ Theologiæ Profeſſor, ac eiuſdem Ordinis humilis Magiſter Generalis, & Servus Sanctæ, & regularis diſciplinæ Zelum.

§. 1. POſt reviſsionem ſcrutinij, ſeu Decreti electionis Pro-
„ vincialis celebratæ in Conventu noſtro S. Dominici de
„ Mexico ſub die 25. Aprilis, anni præteriti 1693. ac poſt-
„ quam in veſtræ Provinciæ Priorem Provincialem fuit per Nos confir
„ matus, vnanimi Patrum à Cõſilijs voto, R. Adm. P. Præſentatus Fr.
„ Laurentius de Arana ſub die 23. Maij, Anni proximi præteriti 1694.
„ Tandem ad hanc Curiam acceſsit R.A. P. M. Fr. Dominicus Souſa
„ veſtræ Provinciæ Diffinitor, ac Procurator, qui prænominati Capi-
„ tuli Acta, veſtræ Provinciæ nomine, noſtræ correctioni, examini, ac
„ approbationi, prout iuris eſt, ſubmiſsit.
„ §. 2. Sed antequam ad eorundem Actorum examen, & confir-
„ mationem procedamus, monere Vos, opere prætium duximus, de ijs,
„ quæ in electionibus Provincialium iuxta noſtrárum legum tenorem
„ præmitti ſolent, & debent, præſertim circa examen, & iudicium le-
„ gitimationis vocum, & ſuffragiorum; ne in futuris electionibus ali-
„ quid deterius, quam in præcedenti electione, veſtræ Provinciæ con-
„ tingat.

§. 3. In-

§. 3. In primis igitur omnino obſervandæ ſunt Ordinationes, quas edidit Reverendiſsimus Prædeceſſor noſter Illuſtriſsimus de Monroy ſub die 28. Septembris, anni Dñi 1677. quæ denuntiatæ fuere in Actis Capituli Provincialis veſtræ Provinciæ, anno Dñi 1679. nec non & illæ, quas etiam circa electionem Iudicum, ſeu Examinatorum legitimationis vocum, ſeu ſuffragiorũ edidit idem Prædeceſſor noſter ſub die 2. Decembris Anni Dñi 1684. quæ denuntiantur in Actis Capituli Provincialis anni Dñi 1687. in quibus Ordinationibus nil novi, nec contra ius pro veſtra Provincia ſtatutum eſt, cum ea omnia ſtabilita fuerint in Capitulo Generali Romano 1656. pro vniverſis Provincijs Indiarum à numero nono.

§. 4. Qua propter in omnibus Capitulis Provincialibus eligendi ſunt per vota ſecreta quatuor Examinatores, ſeu Iudices vocum, in quorum electione, ſeu nominatione debent ferre ſuffragium Magiſtri de numero Provinciæ, Provincialis, qui actu Officio Provincialis, ſeu Præſidentis Provinciæ fungitur, & tandem, qui in eadẽ Provincia Officio Provincialatus perfuncti ſint, non vero alij ſub pœna nullitatis tam electionis Iudicum, quam legitimationis Vocalium.

§. 5. Huiuſmodi Examinatores, prout præmittitur, electi, & nominati, tenentur in Conſilio eorumdem Magiſtrorum, & Patrũ Provinciæ, iterum congregato, id referre, quod per ipſos Examinatores determinatum fuerit de admittendis, vel excludendis vocalibus, qua relatione habita inſimul Provincialis cum Patribus, & Magiſtris de numero Provinciæ iudicabunt, ſecretiſque ſuffragijs determinabunt, ac per maiorem ſuffragiorum partem concludent ſingulorũ Vocalium iuſtam admiſsionem, vel repulſam.

§. 6. Si vero huiuſmodi Magiſtrorum Conſilium aliquod gravamen intulerit Vocalibus poteſt gravatus ad pleniorem totius Capituli conſenſum modeſte appellare, & in caſu appellationis tenetur Provincialis, eam admittere, & omnes Patres Capitulares in Conventu præſentes congregare, qui ſimul cum ſupradictis Iudicibus vocum, Patribus, ac Magiſtris de numero Provinciæ rem totam per albas, nigras que fabas finaliter determinabunt, quidquid vero in eiuſmodi pleniſsimo conſeſſu plurium votis ſemel deciſſum fuerit, irrevocabiliter in illo Capitulo habeatur pro deciſſo, & qui hoc modo reiectus fuerit, pro reiecto habeatur, nec admittatur in eo Capitulo, tanquã legitimus Vocalis; poteſt tamen á gravamine, ſi quod in excluſione ſibi illatum putat, ad Magiſtrum Ordinis appellare.

§. 7. Cœterum ne huiuſmodi vocum Scrutatores, ſeu Examinatores, nec Magiſtrorum Concilium falcẽ mittant in alienam meſſem, deſignantur in ſupranominatis Ordinationibus Capitulorum Gene-

Generalium ea, ad quæ eorum examen, iudicium, ſeu ſcrutinium debet extendi. Nam non poſſunt ſe intromittere, ad diſquirendum, ſeu iudicandum de electionibus Priorum Conventualium, ſeu Vicariorum iam confirmatis, quique legitime, & abſque reclamatione iuridica in Officiorum poſſeſsione reperiuntur. Nec iudicare poſſunt de Litteris Patentibus, & tituloMagiſtrorum, ſeu Prædicatorum Generalium, qui ſemel vt tales fuerunt admiſsi ad ſuffragium in aliqua electione Provincialium, cum prædicti pacifica gaudeant poſſeſsione. Ac tandẽ nec ad eos Iudices attinet, abſolute examinare; an Priores alant ſufficientem numerum Fratrum, an in ipſorum Conventibus ſurgant media nocte ad matutinum, & tandem an detur Fratribus competens veſtiarium: de ijs enim inſtituendum non eſt abſolutum examen, ſeu ſcrutinium, ſed limitatum, videlicet pro ſolo, ac toto illo tempore, quod poſt factam in ſuis Conventibus vltimam viſitationem decurrit. Hæc, & alia, quæ in præfatis Actis Capitularibus ſub clauſula irritante ordinantur, ſunt præmeditanda, & omnino obſervanda in Provincialiũ electionibus, alia vero dubia emergẽtia examinanda ſunt, provt præmiſsimus, ne inſtante electione fiant privationes vocum, iuris ordine non ſervato, quod per noſtras leges prohibitum eſt.

§. 8. In Actorum Capituli Provincialis examine ſub titulo Declarationes cognovimus, quod pro veſtra Provincia inſtituti ſunt PrædicatoresGenerales, quos vocatis Provinciæ, vltra, & ſupra illos, qui inſtituti ſunt iuxta numerum Conventuum eiuſdem Provinciæ; ſed cum ex textu V. noſtrarum Conſtitutionum. Diſtinctione 2. cap. 16. conſtet, quod numerus Prædicatorum Generalium non poteſt, excedere numerum Cõvẽtuum cuiuſcumque Provinciæ, declaramus, quod huiuſmodi Prędicatores Generales inſtituti pro Provincia, qui numerum Conventuum excedunt, invalide inſtituti ſunt, eorumq́ inſtitutiones nullas, & irritas dicimus, & pronuntiamus, eaſq́ abolemus, & omnino ſupprimimus.

§. 9. Ne vero ægre ferant huiuſmodi Prædicatores Generales pro Provincia inſtituti ſuis Officijs privari, nulloque alio honore potiri, id circo inhærentes declarationi noſtrarum Conſtitutionũ Diſtinctione 2. cap. 12. textu V. ſub littera F. per quam ipſo facto privantur Præſentati titulo, & Officio Prædicatorum Generaliũ; ordinamus, & præcipimus, quod Præſentati huius noſtræ Provinciæ Sancti Iacobi de Mexico, qui ſimul Officio Prædicatorum Generaliũ funguntur, eo titulo, & Officio amplius non gaudeant, ſed Præſentaturæ Gradu contenti ſint, prout noſtræ leges præſcribunt, ne dum duplicato gaudent honore, & veſtiuntur duplicibus, alij benemeriti

nudi

“ nudi remaneant, eorumque labores irremunerati exiſtant.
“ §. 10. Qua propter harum ſerie, & noſtri Officij authoritate
“ nullas, & nullius roboris, ac valoris declaramus, & dicimus Inſtitu-
“ tiones Prædicatorum Generalium factas, ſive faciendas in perſonis
“ eorum, qui ſimul Gradu Præſentaturæ potiuntur, eademque autho-
“ ritate declaramus: huiuſmodi Prædicatores Generales ex facta ſepa-
“ ratione Vacantes, eas eſſe, quæ Corpori provinciæ ſupponuntur con-
“ ceſſæ vltra, & ſupra numerum Conventuum eiuſdem provinciæ, quas
“ iterum annullamus, & extinguimus, ac nullas, & extinctas eſſe
“ pronuntiamus.
“ §. 11. Et quia per ſtabilitam ſeparationem Prædicatorum Gene-
“ ralium á Gradibus Præſentaturæ non nulla alia loca Prædicatorum
“ Generalium pro determinatis Conventibus vacant, declaramus, &
“ volumus, quod præfata loca occupentur, & in ea ſubintrent Prædi-
“ catores Generales, aliás inſtituti etiam pro locis Vacaturis, hoc Or-
“ dine, videlicet: pro Conventu S. Mariæ Pietatis Mexicano P. Fr.
“ Mathias de Frigola, pro Conventu de Zacatecas P. Fr. Ioſeph de la
“ Roca, pro vt antea deſignatus fuerat per provinciam, quam deſigna-
“ tionem approbamus, & revalidamus, pro Conventu de Guadalaxa-
“ ra P. Fr. Ioſephus de el Riego, pro Conventu de Tepoztlan P. Fr.
“ Antonius Pedrique, pro Conventu de Azcapotzalco P. Fr. Didacus
“ Altamirano, quos omnes, & ſingulos in Prædicaturis Generalibus
“ pro prænominatis Conventibus confirmamus, & ſi neceſſe ſit, de no-
“ vo inſtituimus; declarantes, quod neque Provincialis, neque Diffini-
“ torium alicuius Capituli Provincialis habent poteſtatem tranſmutan-
” di, ſeu permutandi loca, ſeu Conventus ſemel deſignatos pro Prædi-
” catoribus Generalibus, etiam de eorundem Prædicatorum Gene-
” ralium conſenſu, abſque expreſſa licentia Magiſtri Ordinis.
” §. 12. Declaramus vlterius, non eſſe in poteſtate alicuius Supe-
” rioris Provinciæ, cuiuſcumque gradus, authoritatis, & conditionis
” ſit, diſpenſare prædicatores generales à reſidentia in Conventibus,
” pro quibus inſtituti ſunt, & deſignati, niſi veré, realiter, & ſaltim
” per vnum annum ante diem legitime præfixum pro electione provin-
” cialis fungantur Officio, ſeu munere prioris, Vicarij alicuius Domus,
” [ſed non alicuius Capellæ] Supprioris, (non veró Vice-Rectoris)
” Magiſtri Novitiorum, Procuratoris Conventus per Patres á Conci-
” lijs legitimé deputati, ac tandem Confeſſoris Monialium: propter
“ huiuſmodi munera, & Officia, & non propter alia, poſſunt Prædi-
“ catores Generales, non reſidere in Conventibus, pro quibus inſtitu-
“ ti, & deſignati ſunt, abſque eo, quod incurrant in pœnam carentiæ,
“ & privationis vocis in electione Provincialium.

“ §. 13. Similiter non eſt in poteſtate Priorum Conventualium,
“ Provincialium, ſeu Diffin torum diſpenſare Prædicatores Genera-
“ les à ſequella Chori, neque ab onere Hebdomadariæ, niſi dum actu
“ prædicant, actu autem prædicare dicimus , quando ter in qualibet
“ hebdomada totius anni, vel per Quadrageſsimam continuam, & Ad-
“ ventum Verbum Dei laudabiliter enuntiant, quo caſu, & non aliter,
“ nec alio modo, potiri debent diſpenſationibus, quibus gaudent Lec-
“ tores actu legentes.
“ §. 14. Sub eodem titulo Declarationes vidimus, quod in Conſi-
“ lio triginta quatuor Patrum deſignatus fuit pro Patre Præſentato Fr.
“ Ioanne Baptiſta Mendez locus Magiſterij P. Magiſtri Fr. Ioſeph de
“ Benavente, eo quod, vt dicitis, hic Pater Mag. Benavente per lon-
“ gum tempus vſum rationis amiſsit, ſed vt alia omittamus, quæ ſeve-
“ riori admonitione indigebant, animaduertere debetis, in noſtro Or-
“ dine ſeveriſsime prohibitum eſſe, quod Concilia per Superiores le-
“ gitime congregata tranſcendant numerum duodenarium Patrum,
“ qui numerus extendi, nec ampliari poteſt quacumque occaſione , ſi-
“ ve prætextu ſub pæna nullitatis Actorum. Prætenſam vero deſigna-
“ tionem Gradus Magiſterij, attentatamque privationem omnino caſ-
“ ſamus, irritamus, & annullamus. Amiſsio enim vſus rationis non eſt
“ culpa, propter quam pæna privationis Gradus poſsit, legitime infligi.
“ Nec Veſtri iuris eſt, etiã propter verã culpã, pænã privationis Gra-
“ dus alicui imponere. Ac tandem non eſt in Veſtra poteſtate abſoluta
“ deſignatio locorum vacantium, ſed tantum permiſſum eſt Provincijs
“ Indiarum, propter maximam ab hac Curia diſtantiam, deſignare lo-
“ ca vacantia proviſionaliter, ſeu ad tempus, hoc eſt, vſque dum Magiſ-
“ ter Ordinis aliter diſponat, ſi id expediens iudicaverit.
“ §. 15. Ad evitandas vero lites, quarum reſolutionem, & deciſ-
“ ſionem ad noſtrum tribunal remittitis, exortas occaſione aliquarum
“ Litterarum Patentium, quæ ſiniſtrè intellectæ, ac interpretatæ ſunt,
“ declaramus: nuſquam noſtræ intentionis eſſe, nec fuiſſe promovere
“ aliquem ad Gradum ſive Præſenturæ, ſive Magiſterij tam titulo
“ lectionis, quã prædicationis niſi in locum actu vacantem de numero
“ Provinciæ, quapropter Litteræ illæ Patentes, quæ conceſſæ ſuppo
“ nuntur in locum actu vacãtem ob mortem, vel promotionem alicuius,
“ qui licét Gradu Magiſterij, ſive Præſentaturæ obtinuiſſet, non tamen
“ erat de numero Provinciæ, tanquam ſubrreptitié, & ſiniſtrè extor-
“ tæ, reputandæ ſunt, ac declarandæ, ſicuti per præſentes eas ſubrrep-
“ titias, ac nullius roboris, & valoris dicimus, & declaramus.
“ §. 16. Et pro futuris perpetuis temporibus eodem vitio ſubrrep
“ tionis, vel obrreptionis reſpective laborare, dicimus Omnes illas
Litteras

Litteras Patentes Magiſterij, Præſentaturæ, ſive Prædicaturæ Generalis conceſſas pro loco actu Vacante, ſi in huiuſmodi Litteris, & earum ſingulis explicite non apponitur nomen illius, propter cuius mortem, renuntiationem, vel promotionem vere datur loci Vacantia; vel ſi præfatæ Litteræ Patentes expeditæ fuerint ſub hác disiunctione: in locum actu Vacantem, vel Vacaturum; vel ſi Litteræ Patentes ſubſcriptæ fuerint à Nobis, ſeu Noſtris Succeſſoribus antequam illi, qui vi earum Litterarum Patentium ad Gradus promoveri ambiunt, realiter, & cum effectu peregerint, & complete terminaverint omnia munia, & exercitia Scholaſtica, ſive Prædicationis, quæ prærrequiſita ſunt iuxta Prædeceſſoris noſtri Illuſtriſsimi, & Reverendiſsimi Dñi de Monroy Ordinationes pro hac Provincia ſtatutas, pro huiuſmodi Gradibus legitime obtinendis; ac tandem ſi prænominatæ Litteræ Patentes conceſſæ fuerint ad titulum Idiomatis Mexicani, vel Indorum, quibus per nos non adminiſtrantur Sacramenta, ſeu qui iam extincti ſunt, vel qui ad hanc Provinciam non pertinent.

§. 17. Sub titulo Poſtulationes Nobis proponitis exceſsivum numerum benemeritorum pro Gradibus aſſequendis; ne, vt dicitis, eorum merita memoratu digna infœliciter oblivioni mandentur; & re vera ſicuti & multiplícaſtis gentem magnificaretis lætitiam, ſi hæc merita memoratu digna ſpecifice fuiſſent in Veſtris Actis expoſsita, prout præſcribunt noſtræ leges in diverſis Capitulis Generalibus, præſertim Bononienſi 1615. per hæc Verba: Præcipimus Patribus Provincialibus, & Diffinitoribus Capitulorum Provincialium, vt in ſuis petitionibus omnium promovendorum ætatem, mores Religioſos, eruditionem lecturæ, & meritorum qualitatem, & quantitatem temporis lecturæ, ac ſtudiorum exprimant, vt ſæpius ordinatum eſt. Cuius Ordinationis exactiſsimam obſervantiam Vobis commendamus; aliter vero factas petitiones omnino reijciemus.

§. 18. Nihilominus ne Vobis videamur potius rigori, quam benignitati ſtudere, harum ſerie, & noſtri Officij authoritate augemus, & extendimus denarium numerum Magiſtrorum Provinciæ ad titulum lectionis, vſque ad duodenarium, & ſimiliter addimus duplicem Præſentaturam pro eodem titulo, ita vt in poſterum duodecim ſint Magiſtri Provinciæ ad titulum lectionis, & duodecim Præſentati pro eodem titulo: numerum vero Graduum ad titulum Prædicationis augere, ſeu ampliare non expedit, cum aliquando è veſtra Provincia eliminati fuerint, Nobiſque cõſtet, Lectores in laudabili prædicationis miniſterio plus cæteris, qui Lectores non ſunt, indefeſſe inſudare. Illos autem, qui pro ſacro Miſsionũ exercitio deſtinati ſunt, alijs

" præferemus, & præcipimus Patri Provinciali pro tempore, & Capi-
" tulorum Provincialium Diffinitoribus, quod in futuris Vacantibus
" Graduum tam Magiſterij, quam Præſentaturæ titulo Prædicationis
" tantum exponant in Actis Capitularibus, Fratres illos, qui Indorum
" converſioni incumbunt, quos diſpenſamus á reſidentia in Conventi-
" bus, pro quibus inſtituti ſunt, vel fuerint PrædicatoresGenerales per
" id tempus, per quod in Populis Indorum noviter ad fidem con-
" verſorum præfati Prædicatores Generales morantur, ſeu mora-
" ri contigerit.

" §. 19. Vlterius á Nobis petitis Gradum Præſentaturæ pro P.
" Prædicatore Fr. Ioanne de Carranza titulo Magiſterij Novitiorum,
" quia cum per tempus deſignatum per Capitula Generalia 1644. &
" 1647. præfato munere perfunctus ſit, gaudere debet, vt dicitis, Gra-
" du Præſentaturæ, & Prædicatura Generali; ſed ne in futurum ſimi-
" lem petionem faciatis, ad Litteram Vobis proponimus ea, quæ in Ca-
" pitulo Generali Romano 1686 pro Magiſtris Novitiorum, ſtatuta
" ſunt per hæc verba: concedimus Magiſtris Novitiorum, qui duo-
" decim annis continuis, vel non continuis (dummodo hæc diſconti-
" nuatio ob altioris Officij functionem facta ſit) in dicto munere ze-
" loſé deſudarint, quod voce activa in Capitulo Provinciali gaudeant;
" circunſcribentes de cætero Ordinationes, & Conceſsiones, quaſcum-
" que ſuper his emanatas præſertim in Capitulis Romæ 1644. Valen-
" tiæ 1647. ſicuti, & Romæ 1677 celebratis. Qua propter veſtrã petitio-
" nẽ nõ admittimus, præſertim cũ in nullo Capitulo Generali cõceſſa ſit
" Preſẽtatura, vel Prædicatura Generalis ad titulũ Magiſtri Novitiorũ.

" §. 20. Examinatis igitur veſtris Declarationibus, & Petitioni-
" bus, titulum: Ordinationes in Actis Capitularibus, vt eum examina-
" remus, quæſivimus, ſed non invenimus; cumque veſtrum Procurato-
" rem de hac re interrogaremus, reſpondit, quod præter hæc Acta, alia
" facta ſunt in hoc Capitulo Provinciali, ſicuti, & in alijs Capitulis fieri con
" ſuevit, quæ Acta vocant: Actillas, in quibus ordinantur ea, quæ ob-
" ſervantiam regularẽ concernunt, & per omnes Provinciæ Conven-
" tus tranſmittuntur. Propter hanc reſponſionem, quam non ſine admi-
" ratione audivimus, de pluribus Vos monere decrevimus, ſed iuſtis-
" de cauſis ea omnia ſilentio tradimus, & pro nunc tantum in memo-
" riam reducimus Ordinationẽ in pluribus Capitulis Generalibus ſta-
" tutam, præſertim Romæ 1656. in qua declaratur Acta Capitulorum
" Provincialium nullam vim habere, niſi ad Magiſtrum Ordinis prima
" data occatione mittantur, & ab eo confirmentur. Cumque præcipua
" pars Actorum Capitulorum Provincialium ea ſit, in qua ordinantur,
" ſeu innovantur ſtatuta illa, quæ regularem diſciplinam concernunt,
hinc

“ hinc eſt, quod Ordinationes, quæ pro veſtræ Provinciæ regimine
“ editæ ſupponuntur, quocumque nomine vocentur, cum ad nos tranſ-
“ miſſæ non ſint, nullius roboris eſſe, ac valoris, & harum ſerie eas,
“ annullamus, & caſſamus.

“ §. 21. In earum tamen Ordinationum deffectu, aliás Vobis inti-
“ mare decrevimus, & ſunt ſequentis tenoris. Vt recipiendorum ad
“ habitum imprudens, & inconſiderata electio, & approbatio vitetur,
“ nec tam de facili inepti admittantur, præcipimus Patri Provinciali,
“ & cæteris Provinciæ, ac Conventuum Superioribus ſub pæna abſo-
“ lutionis ab eorum Officijs ipſo facto incurrenda, vt nullus non ſo-
“ lum ad profeſsionem, verum neque ad habitum Clericorum recipia-
“ tur, qui non calleat linguam latinam, ſufficienterque in grammatica-
“ libus ſit inſtructus, quæ ſuficientia examinari debet, & approbari in
“ Conventu noſtro Sancti Dominici de Mexico per Patres Examina-
“ tores præſente P. Provinciali pro tempore ſeu Priore Conventus
“ noſtri Sancti Dominici de Mexico, & coram Patribus á Conſilijs
“ eiuſdem Conventus, qui per vota ſecreta debent examinatum admit-
“ tere, vel reijcere.

“ §. 22. Admiſſus igitur á maiori parte Patrum á Conſilijs, iterum
“ proponendus eſt Conventui Capitulariter congregato, informanti-
“ busque tam Provinciali, ſeu Priore Conventus de legitima receptio-
“ ne in Conſilio Patrum facta, quam Examinatoribus de ſufficientia
“ in Litteris iuvenis recipiendi, procedendum eſt ad receptionem per
“ vota ſecreta totius Communitatis capitulariter congregatæ, qua re-
“ ceptione legitime habita, negotium receptionis ad habitum concluſ-
“ ſum erit: idemque modus ſervandus eſt pro acceptione ad profeſsio-
“ nem emittendam, quod ſi per quemcumque Provinciæ Superiorem
“ aliter factum fuerit, ex nunc pro tunc declaramus, tam receptionem
“ ad habitum, quam profeſsionem nullam, & nullius eſſe valoris, eun-
“ demque Superiorem abſolvimus ab Officio, & ex nunc abſolutum
“ declaramus.

“ §. 23. Inhærentes tam Textui noſtrarum Conſtitutionum, quam
“ plurium Capitulorum Generalium Ordinationibus, nec non & anti-
“ quæ, laudabilique conſuetudini veſtræ Provinciæ præcipimus omni-
“ bus, & ſingulis Patribus, ac Fratribus, cuiuſcumque, Gradus, &
“ conditionis exiſtant, vt nullus vtatur lineis ad carnes, neque etiam
“ infirmi, omnes obſervent vniformitatem in Caputijs, nec habitus al-
“ terius materiæ ſint, quam de *Jerga*, vt moris erat in Provincia, nul-
“ lus æquitare audeat per Civitatem, neque per eiuſdem Civitatis ſub-
“ vrbia, ac tandem nullus habeat pro ſui ſervitio, ſeu aſsiſtentia famu-
“ los ſeculares, cuiuſcumque conditionis, & nationis ſint. Si vero

aliqui

aliquis, quod credimus, huiuſmodi Ordinationum, vel cuiuslibet earum tranſgreſſor extiterit, ex nunc pro tunc declàramus inhabilem ad Officia, & Gradus Ordinis, & præcipimus P. Provinciali pro tempore ſub pæna abſolutionis ab Officio Provincialatus, vt omni humano reſpectu poſtpoſito, præfatam inhabilitatis pænam infallibiliter imponat ſola facti declaratione iuridice habita.

§. 24. In memoriam reducimus Ordinationē pluries publicatā, & ſub ſeveriſsimis pænis prohibentem ludum Cartharum, Taxillorum, & tabularum, quas pænas innovantes præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ Obedientiæ, ſub formali præcepto; nec non ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ hac vna pro trina canonica monitione præmiſſa, & ſub pænis proprietarijs debitis omnibus, & ſingulis huius provinciæ patribus, ac fratribus cuiuſcumque gradus, ac conditionis ſint, ne per ſe, vel per alios, pro ſe, vel pro alijs, directè, vel indirecté aliqua ſpecie ludi ludere audeant numos, ſeu pecunias, vel aliquam rem alicuius pretij, & valoris, nec concurrant ad ea ſpectacula, quæ vocant riſas, nec ad alia, quæ ſtatum noſtrum non decent, quod ſi pater provincialis pro tempore prænominatas pænas imponere tranſgreſſoribus neglexerit, vel diſsimulaverit, ex nunc pro tunc eum abſolvimus ab Officio Provincialatus, & abſolutum declaramus.

§. 25. Vt Studia in hac Provincia refloreant, quæ tepeſcere audivimus, Ordinamus, quod Lectiones tam Philoſophiæ, quam Theologiæ diſtribuantur in publico examine, & concurſu, ſub pæna nullitatis inſtitutionis aliter factæ, oneramus que conſcientiam Examinatorum, ſi minus dignos dignis anteponant. Neque ad concurſum pro Officio Magiſterij Studentium aliquis admittatur, qui ad minus Curſum integrum philoſophiæ in aliquo ex Collegijs, ſeu in Conventu noſtro Sancti Dominici de Mexico non docuerit; abolentes, & omnino reſcindentes abuſſum inſtituendi in Studentium Magiſtrum aliquem, qui ad Sacrum Præsbyteratus Ordinem promotus non ſit. Præcipimus vlterius, quod ad Gradum Præſentaturæ, vel Magiſterij nullus poſtuletur, ſeu exponatur, qui ſaltim per quadriennium Theologiam Scholaſticam non docuerit, vel in Collegio noſtro Sancti Ludovici, vel Porta-Cœli, vel in Conventu Sancti Dominici de Mexico: irritam ac nullam declarantes expoſitionem, ſeu poſtulationem, niſi in Actis Capitularibus apponatur nomen Conventus, ſeu Collegij, in quo expoſitus curſus perfecerit, neque in Lectorem philoſophiæ, vel Theologiæ Scholaſticæ in prædictis Collegijs, & Conventu aliquis inſtituatur, qui in alijs ſtudijs provinciæ philoſophiam, & Theologiam non docuerit.

§. 26 Tan-

“ §. 26. Tandem innovamus Ordinationes pro hac provincia ſta-
“ tutas in Capitulo Generali Rom. 1686. & ſunt tenoris, prout ſe-
“ quitur.
“ §. 27. 1. Confirmamus déſignationem á tribus Capitulis Pro-
“ vincialibus in provincia Mexicana factam, vt in Conventu extra mu-
“ ros Mexici, cuius titulus eſt Noſtra Domina de Pietate ſtricta regu-
“ laris obſervantia introducatur, quoſcumque autem contravenientes
“ voce activa, paſsivaque privamus, quam pœnam eoſdem incurriſſe
“ R. P. dicti Conventus pro tempore Prior poterit declarare.
“ §. 28. 2. Diſtricte mandamus A. RR. PP. Provincialibus, vt
“ accurate obſervent omnia, & ſingula, quæ circa aſsignationes Fra-
“ trum pro huiuſmodi Conventibus Obſervantiæ ſtatuta ſunt à pluri-
“ bus Capitulis Generalibus maxime Valleſoleti 1605. Ordin. 5.
“ §. 29. 3. Ad providendum non nullis Conventibus de ſuffi-
“ cientia Fratrum concedimus, quod in prædicto Conventu Dominæ
“ Noſtræ de Pietate veſtiãtur Fratres, qui affiliari poſsint cuilibet Cõ-
“ ventui, & Domui totius provinciæ, Mexicano, & Collegijs exceptis.
“ §. 30. 4. Mãdamus pariter, quod prædicto Conventui quilibet
“ Conventus, & Vicaria pro alendis ſuis Novitijs contribuat ſecun-
“ dum proportionem oneris.
“ §. 31. 5. Prohibemus autem, ne patres provinciales pro tem-
“ pore à communi Domo Novitiorum extrahant Fratres ante exple-
“ tum ad minus in Novitiatu triennium, etiam ſi ſint Sacerdotes, vel
“ Doctores, nec quidem ſub titulo eoſdem ad Collegia mittendi.
“ §. 32. 6. Ordinamus, quod numerus Fratrum in Convẽtu Me-
“ xicano non debeat excedere centenarium, quatenus ita tantis per
“ relevetur ab ingenti debitorum ſumma, quam annuatim exolvere
“ tenetur.
“ §. 33. 7. Vtque hæc Ordinatio pro relevando Conventu dicto
“ infallibiliter obſervetur, præcipimus Adm. RR. PP. provincialibus, &
“ prioribus pro tempore, vt nullum eximant ab Officio Hebdomada-
“ rij, quocumque titulo, etiam prædicatoris Generalis Conventus, ex-
“ ceptis Syndico, Sachriſta, & quatuor Confeſſarijs, quos debebunt
“ deſignare de Baccalaureis, ne ſit neceſsitas diſpenſandi alios de iure
“ non exemptos.
“ §. 34. 8. Ad procurandum ſtudiorum profectum, qui ex occur-
“ rentium tot feſtorum tum de præcepto, tum Ordinis noſtri, non mo-
“ dice in dicta provincia impeditur, ſtatuimus ad petitionem nobis
“ factam, vt tempore Auguſti pro vacationibus annuis non niſi viginti
“ dies habeantur, & aboleatur conſuetudo ceſſandi à ſtudijs in feſtis
“ Ordinis noſtri.

§. 35. 9. Ia

“ §. 35. 9. In ſuper ſtatuimus, vt Magiſtri Studentium conti-
“ nuent circulos quotidianos, etiam in Quadrageſsima, & diebus ve-
“ neris totius anni, cum horis veſpertinis ſuppetat tempus, quod ma-
“ ne prædicatione impeditur.

“ §. 36. 10. Ordinamus prætereà, quod in poſterum vltimum
“ examen antequam ſtudentes à ſuis ſtudijs abſolvantur, non fiat per
“ puncta ante viginti quatuor horas eiſdem aſsignata, ſed de omnibus
“ materijs, quas tempore ſtudiorum audierunt, teneanturque eaſdem
“ bene ſcriptas Examinatoribus præſentare, ſecus á ſtudijs non abſol-
“ vendi, etiam ſi terminum eorundem attigerint.

“ §. 37. 11. Ordinamus, quod Priores de Guadalaxara, & Zaca-
“ tecas, qui ad minus non habuerint duodecim Fratres Clericos, &
“ duos Converſos, non gaudeant voce in Capitulis Provincialibus, cum
“ huiuſmodi Conventus habeant ſufficientes redditus, & eleemoſynas
“ ad debitum numerum Fratrum ſuſtentandum.

“ §. 38. 12. Specialiter declaramus, omnes, & ſingulas Ordi-
“ nationes ab Illuſtriſsimo Archiepiſcopo Compoſtellano pro hac pro-
“ vincia factas in ſuo robore permanere.

“ §. 39. 13. Prohibemus, ne Provinciales impediant Priores,
“ quo minus mittant Studentes, ad aſsiſtendum funeribus Defuncto-
“ rum, neque in eo Rectores Collegiorum contradicant, præter quam
“ in caſibus exemptis ab Illuſtriſsimo Archiepiſcopo Compoſtellano.

“ §. 40. 14. Statuimus, quod Ordinatio ſuper triplici examine
“ Confeſſariorum de triennio in triennium faciẽdo, extendatur etiã in
“ dicta Provincia ad Miniſtros Sacramentorum inter Indos, qui pro
“ inde ſimiliter ante trinum examen non cenſeantur ſimpliciter ap-
“ probati.

“ §. 41. 15. Ad tollendas è medio lites diſtrictè præcipimus,
“ quod in hac provincia in omnibus Capitulis provincialibus inſtituan-
“ tur novi Vicarij pro omnibus, & ſingulis Domibus provinciæ decla-
“ rantes nullum immediate aſſumi, vel inſtitui poſſe ad eamdem, vel
“ aliam Vicariam adminiſtrandam, immo ſi quiſpiam in demortui lo-
“ cum pro aliquo tempore fuerit Subſtitutus á P. Provinciali, vel ab
“ jis, ad quos de conſuetudine Provinciæ ſpectat, eundem ſimiliter vo-
“ lumus, nec in illa Vicaria poſſe continuari, aut in alia á proxime ſe-
“ quenti ſuæ ſubſtitutionis tempore in Capitulo provinciali inſtitui.

“ §. 42. Quibus Ordinationibus, illam addimus, per quam iniun-
“ gitur omnibus prioribus, ſeu Conventuum præſidentibus ſub pœna
“ abſolutionis ab eorum Officijs ipſo facto incurrenda, nec non priva-
“ tionis vtriuſque vocis, Graduum, & inhabilitatis in poſterum ad om-
“ nia Officia Ordinis, vt nullo titulo, ſive prætextu audeant, dare Fra-
tri-

" tribus veſtiarium in pecunijs, ſed in propria ſpecie, videlicet in tela
" de Jerga, vt mandavimus.
" §. 43. Hæc ſunt Patres, ac Fratres dilectiſsimi, quæ occaſione
" approbationis Actorum Veſtri Capituli Provincialis pro dilectiſ-
" ſimæ Provinciæ decore, ac regimine cenſuimus ordinanda. Ne obli-
" viſcamini filij legis Patris veſtri, ſed ſequimini maiorum veſtrorum
" veſtigia in regularis diſciplinæ reſtaurationem, & animarum
" profectum: vt igitur notitia harum Ordinationum (iuxta quarum
" tenorem, & non aliter prænominati Capituli Provincialis Acta
" confirmamus, & approbamus] ad omnes, vt par eſt, perveniat,
" præcipimus Patri Provinciali, ſeu Præſidenti Provinciæ, vt autten-
" thicum earundem tranſumptum, ſicuti & aliarum Ordinationum,
" quas Prædeceſſor noſter Reverendiſsimus de Monroy edidit á die
" 28. Septembris, Anni Dñi 1677. ad omnes Provinciæ Conventus
" tranſmittere curet, mandantes omnibus Superioribus tam Convē-
" tuum, quam Vicariarum ſub pæna abſolutionis ab eorum Officijs,
" vt ſaltim bis in Anno præfatas Ordinationes, ſimul cum his, quas
" ſtatuimus, perlegere faciat. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus
" Sancti Amen. Quibuſcumque in contrarium non obſtantibus. In
" quorum fidem his Officij noſtri ſigillo munitis manu propria ſubſ-
" cripſimus. Datis Romæ in Conventu noſtro Sanctæ Mariæ ſuper
" Minervam, die 14. Aprilis 1695. Fr. Antoninus Cloche Magiſter
" Ordinis -- Regiſtrata fol. 5. ✻ Loco ſigilli: Fr. Salvator Aſcanio
" Magiſter, & Socius.

AT memorata Aliquibus non adeó placuere, quod ſuper his [non iuridicé, ſed renitente adhuc maiori ſupradicti Patrum Conſilij parte] interpoſita apud Reverendiſſimum P. N. Magiſtrum Generalem ſupplicatione, illarum ſubterfugere executionem, non tentaverint, ſicuti & fecerunt.

6. DEnuntiamus, quod cum hæc præcedenti denuntiatione relata ſub dubio Superioris reſponſi penderēt, ex parte Regij Mexicani Senatus per decretum ſub die 17. Septembris, Anni 1695. requiſitus fuit Reverendus Adm. P. N. Exprovincialis, Frater Laurentius de Arana die 19. Decembris, Anni 1695. Quænam, & quot noſtræ eſſent Provinciæ Domus, quotque earum aſsiduè reſidentiæ in illis octo alerent Fratres? Reſponditque prædictus R. Adm. P. N.

Exprovincialis, abſque Conſilio Patrum, cæterarum numero deſignato, novem tantummodo Provinciæ Domus octonarium Fratrum numerum habere continuum, Mexicanum ſcilicet Conventum S. P. N. Dominici, Regale Collegium S. Ludovici Angelopolitani, Collegium S. P. N. Dominici de Porta-Cœli, Conventum Sanctiſſimæ Mariæ de Pietate, Conventum S. Crucis de Zacatecas, Conventum Beatiſſimæ Mariæ del Roſario de Guadalaxara, Conventum Sanctæ Roſæ de Sombrerete, Conventum SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli de Queretaro, Conventum Domini Noſtri IeſuChriſti Crucifixi Sancti Ioannis del Rio. Qua habita reſponſione idem Regalis Senatus Mexicanus conſcium Notificatione fecit dictum Reverendum Adm. P. N. Exprovincialem Regiæ Schedulæ á Potentiſsimo Hiſpaniarum Rege emanatæ, vbi Bullam Sanctiſſimi D. N. Pauli V. ſub die 23. Decembris 1611. Anni ſervare iuvemur, nempe quod illæ tantum novē Domus á prædicto Reverendo Adm P. N. Exprovinciali aſſignatæ, habeant eligendi in Capitulis Provincialibus ſuffragium, ac Conventus Privilegia; reliquæ autem, quæ prædicto Fratrum número octonario deſtitutæ inveniuntur, nequaquam ius ſuffragandi ſortiantur. Prout ſequitur eſt tenor Schedulæ.

EL REY. *Por quanto por deſpachos de 26, de Mayo, y 26. de Iulio de 1686 encarguè, y mandè á los Virreyes del Peru, y de la Nueva Eſpaña, que en ninguna manera, ni con pretexto alguno permittieſen, ni toleraſen, que las Doctrinas de los Regulares, que ay en todas las Provincias de ambos Reynos, que no eſtuvieren erigidas en Conventos con licēcia expreſſa mia, ſe paſieſſē Priores, Guardianes, ni Comēdadores, ſino que ſolamēte eſtuvieran en ellas los Religioſos, que fueßen meros Curas Doctrineros, y tuvieſſen á ſu cargo la Doctrina, Enſeñança, y Adminiſtracion de los Santos Sacramentos á los Indios de los Pueblos, y Partidos, que eſtuvießen à el cargo de cada vno, y les ordenê, lo que á eſte fin avian de exècutar, y la forma, que en ello aviā de obſervar, y guardar. Y aora con motivo de averſe dado paßo, y certificacion*

de

de las Conſtituciones formadas por el General del Orden de San Auguſtin en 20. de Marzo de 1688. para el buen govierno de la Provincia de ſu Religion del Santo Nombre de IESVS de Mexico, y ordenar el General en la Conſtitucion X. que para que los Priores tengan voto en el Capitulo, ſean ſus Caſas de ſeis Religioſos, â lo menos, de continua aſsiſtencia, y que aquellas, que no tuvieren eſte numero, careſcan ſus Priores en adelante del derecho de votar, y que de lo contrario ſea nulla la Eleccion, y viſtoſe eſta Conſtitucion X. con eſpecialidad en mi Conſejo de las Indias con los papeles de la materia, y lo que ſobre ſu vſo, y execucion dixo, y pidió mi Fiſcal, ſe ha mandado dar paſſo de ella en todo, lo que fuere confor me, y arreglada à lo diſpueſto en el Breve de la Santidad de Paulo V. de 23. de Diciembre de 1611. el qual expidió, con motivo de averſele hecho ſaber los muchos Conventos, que avia en las Indias, en que no ſe hallaban mas que dos, tres, ô quatro Religioſos; por cuya cauſa no ſe podian en ellos celebrar los Officios Divinos ſegun los inſtitutos Regulares, nì obſervarſe la Diſciplina regular, cometió ſu Santidad á los Arçobiſpos de Lima, y Mexico, que ſi por el augmento del Culto Divino, y obſervancia Regular juſgaſſen, era conveniente ſupprimir algunos Monaſterios, que tuvieſſen tan corto numero: ſobre que les encargó las conſciencias, con authoridad Apoſtolica lo hizieſſen, y reduxeſſen los Monaſterios ſupprimidos á profanos, aunque no à indecentes vſos, applicando á otros Monaſterios de las miſmas Ordenes aſsi los Religioſos, como todos los bienes, y effectos de los Monaſterios ſuppreſſos; pero tuvieſſen entendido, que à donde no juſgaſſen, que debia llegar eſta ſuppreſsion, y profanacion ſin embargo trasladaſſen â los Religioſos, que los habitaban á otros Conventos, ò Caſas regulâres de la meſma Orden, porque no avia de quedar Monaſterio, ô Caſa Regular, en que á lo menos para ſerlo, y tener los privilegios de tal, huvieſſe menor numero, que el de ocho Religioſos de familia, comunicando ſu Santidad á los dichos Arçobiſpos de Lima, y Mexico para eſte fin toda ſu Apoſtolica authoridad, y derogando qualeſquier Inſtituciones, y Conſtituciones Apoſtolicas, y de las miſmas Ordenes, aunque eſtuvieſſen por la Silla Apoſtolica confirmadas, en cuya virtud, y conformidad ſe ha mandado, que pueda obſervarſe, y executarſe la

 dicha

dicha Conſtitucion X, en aquellos Conventos, que eſtuvieren erigidos con licencia mia, y ſe compuſieren del numero de ocho Religioſos de continua, y actual aſiſtencia, cuyas calidades han de concurrir copulativamente, y cō las demas, que van referidas, y ſe expreſſan en el Breve citado de la Santidad de Paulo V. de 23. de Diziembre de 1611. Y en conſequencia de ello por la preſente mando à mis Virreyes, Preſidentes, y Audiencias del Peru, y de la Nueva-Eſpaña, y ruego, y encargo à los muy Reverendos Arçobiſpos, y Reverendos Obiſpos de las Yglesias Metropolitanas, y Cathedrales de las Provincias de ambos Reynos, que no permitan lo contrario de lo reſuelto en el referido Breve, ſino es teniendo juſtificacion, y conocimiento, de que los Conventos de Regulares tengan las dos circunſtancias expreſſadas, y que velen ſobre todas las Doctrinas, que por abuſo, y deſcuido gozan, y pretenden gozar de privilegio de Conventos, como ſi eſtuvieran erigidos con Reales licencias, y ſe compuſieran de dichos ocho Religioſos de continua, y actual aſiſtencia: eſtando advertidos los dichos Virreyes, Preſidentes, Audiencias, Arçobiſpos, y Obiſpos, que el Convento, cuyo numero de Religioſos no llegare al de ocho, ha de ſubſiſtir, y permanecer, pero ſolamente como Doctrina, y ſin privilegios de Convento, cuya prevencion ſe les haze á los vnos, y à los otros para ſu obſervancia, con eſta diſtincion, que es, en lo que permito, ſe practique el Breve citado, y no en la ſuppreſsion, ni applicacion de los Cōvētos, que aſsi conviene al ſervicio de Dios, y mio. Fecha en Madrid à 7. de Noviembre de 1693. Años -- YO EL REY. -- Por *mandado del Rey Nueſtro Señor* -- Don Juan de Larrea -- *ſeñalado con quatro Rubricas.*

HVic Regiæ Iuſsioni prædictus R. Adm. P. N. Exprovincialis, nullo habito de re tam gravi cum Patribus Cōſilio in ſimilibus requiſito, ſicuti ordinatione XI. Capituli Generalis Romæ 1569. ſtatuitur, ſed per ſe ſolum reſpondit: prædictum Sanctiſſimi Domini Noſtri Pauli V. Diploma executioni mandari non debere, Acta pro hac noſtra Provincia edita á Reverendiſſimo P. N. Magiſtro Generali de Marinis 15. Septembris 1664 allegans, in quibus Denuntiatione 2. Noſtræ Provinciæ Domibus, quatuor tantum Fratres alentibus,

tibus, privilegium ſuffragandi conceditur, quod authoritate Apoſtolica per Breve Alexandri VII. roboratum eſſe, totis viribus contendit. Prædictum Breve, & Ordinationes ad hunc ſpectant tenorem.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

" Militantis Eccleſiæ regimini per ineffabilem divinæ Bonitatis abundantiam, nullo licet meritorũ noſtrorum ſuffragio, præſidentes, in eam præcipué ſolicitudinem propenſis ſtudiis incumbimus, vt fidelibus Populis cura paſtoralis non deſit. Sed éiuſmodi cura per Operarios idoneos ſalubri, aſsidua que ſedulitate exerceatur, quo horrea Domini vberiori meſſe, adſpirante ſuperni favoris auxilio, magis, magisque in dies locupletentur. Exponi ſiquidem nobis nuper fecit dilectus Filius Magiſter Generalis Ordinis Prædicatorum, quod in Vaſtis Indiarum partibus variæ ſparſim illarum gentium ad fidem Catholicam converſarum Parochiæ, quas quidem illic vſitatiori vocabulo Doctrinas, & Vicarias appellant, à Religioſis dicti Ordinis ex indulto Sedis Apoſtolicæ adminiſtrantur. His autem Religioſis Parochis, ſeu Vicarijs de more per ſingulos diſtrictus (Præfactura ad ſummum bienij, vel trienij] reſpectivé præeſt vnus ex ipſorum numero Prior, Vocem in Capitulo Provinciali habens quem ſtatutis temporibus ipſi canonicé eligũt, & ad eiuſcemodi Capitularem electionẽ celebrandam, procul à ſuis reſidentijs in certum aliquem locum ſolent evocari. Porro cum iuxta Conſtitutiones Ordinis prædicti Electoribus Priorum integer menſis debeatur á notitia vacantis Officij, vt intra hunc terminum congregentur, deliberent, & eligant, nimis frequenter contingit hoſce Parochos, ſeu Vicarios eo titulo, & longiſsimè, & diu abeſſe á ſuis Doctrinis, ſeu Eccleſijs, dum plerique foris tranſigũt totum hunc menſem electionis, imo & menſes, ſi fortè contingat primam electionem á Priore Provinciali ob iuſtas cauſas non confirmari, quo caſu alius denuò, aliuſque menſis ijsdem Vocalibus debetur. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, hæc longa, & crebra Parochorum abſentia, præcipuè in illis regionibus fideli Plebi, & præſertim moribundis, debito interea Sacramentorum Eccleſiæ miniſterio deſtitutis plurimũ noceat. Nobis propterea memoratus Magiſter Generalis humiliter ſupplicari fecit, vt de opportuno in præmiſsis remedio providere, & vt infra in-

dul-

" dulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur pijs eiuſ-
" dem Magiſtri Generalis votis hac in re quantum cum Domino poſ-
" ſumus favorabiliter annuere cupientes, eumque á quibuſvis excom-
" municationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsque Eccleſiaſticis ſen-
" tentijs, cenſuris, & pœnis á iure, vel ab homine, quavis occaſione,
" vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum
" præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, &
" abſolutũ fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati. Quod
" deinceps in prædictis Indiarum partibus tales Fratrum dicti Ordinis
" Parochorum Priores, ſeu Vicarij, non ab ipſiſmet Parochis, ſed á
" ſingularum Provinciarum Provincialibus in graviori earundem Cõ-
" ventu per vota ſecreta deciſsiva duodecim ad minus antiquorum
" Fratrum, ſi extra Capitulũ Provinciale fuerit, rité, & canonicè eli-
" gantur. Quodque Priores Parochorũ ad id muneris aſſumi nequeãt,
" niſi reuera ſat calleant proprium idioma Plebis, cui tamquam Prio-
" res, ſeu Vicarij præficientur, & quod ijdem ſuo Populo continuè aſ-
" ſiſtant, ita vt neque Capitulum Provinciale adire, neque aliás vnquã
" á ſua parrochiali reſidentia vltra ſpatium trium leucarum elongare
" ſe poſsint, niſi relicto ibidem idoneo ſubſtituto illius idiomatis be-
" ne gnaro, authoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, ſta-
" tuimus, & ordinamus. Decernentes pariter eaſdem præſentes Litte-
" ras ſemper firmas, validas, & efficaces, exiſtere, & fore, ſuos que
" plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad
" quos ſpectat, etiam pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari,
" ſicque in præmiſsis per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delega-
" tos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & defini-
" ri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his á quoquam, quavis
" authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtã-
" tibus præmiſsis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis,
" nec non dicti Ordinis, & alijs quibusvis, etiam iuramento confirma-
" tione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cõ-
" ſuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & Litteris Apoſtolicis in
" contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſsis, confirmatis, &
" innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſenti-
" bus pro plené, & ſufficienter expreſsis, & inſertis habentes, illis
" aliás in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice
" dumtaxat ſpecialirer, & expreſſé derogamus, cæterisque contrarijs
" quibuſcunque. Volumus autem, vt earundem præſentium Litterarum
" tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſsis, manu alicuius Notarij pu-
" blici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſti-
" tutæ munitis, eadem fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præ-
ſen-

" ſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum
" Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub anulo Piſcatoris. Die
" 8. Novembris. 1664. Pontificatus noſtri Anno Decimo.

S. VGOLINVS.

" QVa propter confirmiter ad præfati Brevis Apoſtolici diſpoſitio-
" nem eligendi ſunt de cætero Priores Domorum, quas vulgo Do-
" ctrinas, ſeu Vicarias vocant; & quoniam in veſtris Capitularibus Ac-
" tis ſub titulo (Iſtæ ſunt petiones] á Nobis poſtulatur, vt Domibus
" noſtris S. P. N. Dominici de Tlaquiltenanco, S. Auguſtini Palpan,
" S. Michaelis Tlaltizapan concedamus vocem, & ſuffragium in Ca-
" pitulis Provincialibus ad inſtar aliarum Domorum ſuffragium habẽ-
" tium. Nos prædictæ petitioni inhærentes, & iſthanc noſtram Provin-
" vinciam ſpecialibus favoribus proſequi volentes, harum ſerie, noſ-
" trique authoritate Officij erigimus in Prioratus omnes Domus, quæ
" vocem iam habebant in Capitulis provincialibus, & has tres de no-
" vo expræſſas, & ſupra nominatas; nec non reliquas omnes, quæ qua-
" tuor Fratres commodê alere poſſunt, & in quibus regulariter qua-
" tuor Fratres degunt, ordinantes, vt de cætero ſint Prioratus cum vo-
" ce in Capitulis Provincialibus, & omnibus alijs privilegijs actualiũ
" Conventuum, eorumque Priores gaudeant omni ea authoritate, iu-
" ribus, & gratijs, tam quo ad locum, & vocem, quam quoad cætera
" omnia, quibus gaudent reliqui Priores in noſtro Ordine.

" Et vt vniformitas in tota provincia obſervetur, ordinamus, vt dic-
" torum Priorum, in prædictis Domibus inſtitutorum tẽpus duret per
" biennium, quo expleto alius Prior inſtituatur. Inſtitutio autem, ſeu
" electio illorum fiat iuxta præfati Brevis Apoſtolici præſcríptum, vel
" in Capitulo Provinciali, vel à P. Provinciali de Conſilio duodecim
" graviorum Patrum per vota ſecreta deciſiva, & in præfatis Domibus
" de novo à Nobis in Prioratus erectis recitetur quotidie Officium di-
" vinũ in communi horis deſignatis, & poſt Cõpletorium cante ur Sal-
" ve Regina, quod R. P. Provincialis ſtatim executioni mandet, & ob-
" ſervari præcipiat, & vt cognoſcant huiuſce noſtræ provinciæ Reli-
" gioſi, quam paternê eorum meritis, & laboribus conſulamus, diſ-
" trictè iniungimus R. P. Provinciali, & Diffinitoribus, eiſdemque
" præcipiendo mandamus, vt illos Patres, quos pro Prædicatoris ex-
" tranumerarijs, ſeu pro locis vacaturis Nobis in Prædicatores Gene-
" rales propoſuerunt, & in Actis Capitularibus nominarunt deſignent,
" & declarent Prædicatores Generales pro Conventibus iſtis noviter
" in Prioratus erectis, ſervata inter illos alternativa taliter, quod me-
" dia pars ſit ex natis in Hiſpania, & media ex natis in Indijs, & ſic

vi-

“ vitantur inconvenientia multitudinis Graduatorum extra nume-
“ rum, ſimulque datur intelligi illis, & reliquis in via Domini labo-
“ rantibus Nos ipſis pro munere noſtro neutiquam defuturos.

Quod cum etiam per ſe ſolum abſque Conſilio, Patrum confeciſſe dictum Reverendum, Adm. P. N. Exprovincialem Regius Senatus Mexicanus agnoſceret, proprio ad hoc expedito Decreto, rem hanc in Concilio Magiſtrorum, ac Patrum maturiùs conſulendam cenſuit, & an rationes à dicto R. Adm. P. N. Exprovinciali adductæ ad Regiam Schedulam, Pontificiumque Reſcriptum eneruandum ſufficerent, ſerio perpendere iubet.

Convocato igitur iuſſu eiuſdem R. Adm. P. N. Exprovincialis Patrum Conſilio, non ipſi viſæ ſunt ſatis eſſe rationes á prædicto R. Adm. P. N. Exprovinciali inductæ. Breve ſiquidem Alexandri VII. nec vllum verbum de numero Fratrum reſidentium facit, ſed dumtaxat formam eligendi Prælatos in illis Domibus, quę vocem habituræ ſunt in Concilio graviorum duodecim Patrum Conventus Mexicani, vt claret, ex iam translatis præſcribit, vnde illud privilegium de quatuor Fratrum numero ad Domorum ſuffragium ſufficienti nullatenus Apoſtolica firmitate ſancitur; imo cum hoc Reverendiſſimi P. N. Mag. Generalis de Marinis indultum prædicto numero ſuffragandi ſub conditione, *quod illæ Domus in Prioratus Biennales erigerentur*, ſit conceſſum, hinc evenit, quod illa non appoſita conditione, ſicuti de facto nunquam executionē ſortita fuit, cum illæ Domus quadriennales huc vſque remanſerint Vicariæ, nullo pacto illud privilegium obtinuere.

Nec item Sanctiſſimi D. N. Adriani VI. conceſſio die 11. Maij Anni 1522. qua Provincialibus Indiarum certæ indulgētur prærogativæ, ad ea, quæ prædictus R. Adm. P. N. Exprovincialis illa conabatur fulcienda, adiuvit; decidere, dicebat inde ipſi eſſe indultum, dubia, quæ inter Sanctiſſimi D. N. Pauli V. & Alexandri VII. Bullas emergere putabatur, ex eo quod iſtius ad mentem abſque octo Fratrum aſsiſtentia vere ratio ſtabat Conventus, (ſicuti aiebat, & íta non eſt, vt iam denun-

denuntiatione præcedenti) quod ille caſum habere ſanciebat, ſiquidem [etiam dato dubium adeſſe] talis authoritas declarandi ſuper Apoſtolicas Bullas, inibi vllatenus confertur non nullis.

7. DEnuntiamus, quod dum ita proximé narrata agerentur, ſupplicationi á non nullis præter iura, ac obſiſtēte maiori parte Patrum á Conſilijs factæ Reverēdiſſimus P. N. Mag. Generalis Fr. Antoninus Cloche decora per Litteras Petentes emittit reſponſa, in quibus exactam priorum Litterarum Patentíum, de quibus ſupra Denuntiatione 5. executionem planiſſimé iubet, iuſtiſſimis Patrum Conſilijs, qui totis nervis, vt fas erat, Provinciæ bono inhiantes, illarum inconcuſſæ obedientiæ incumbebant, gratulantibus deſiderijs. Prædictæ ergo Litteræ Patentes iuſſu dicti Reverendi Adm. P. N. Exprovincialis adunato Conventu, non clauſæ, nec ſigillo ad coopertu-ram munitæ, (vt eveniſſe, & toti Provinciæ fama ferebat) eo quod antea privatim apertæ, ſeorſim oſtenſæ, ac lectæ coram omnibus fuere, miſſiva, & ſimul N. Reverendiſsimi P. Mag. Generalis Hiſpano idiomate Epiſtola, quæ, & Patentes Litteræ hoc ſunt in tenore.

IN DEI FILIO SIBI DILECTIS RR. ADM. Patribus Provinciali, cæterisque Patribus, ac Fratribus Provinciæ noſtræ S. Iacobi de Mexico Ordinis Prædicatorū.

FR. ANTONINUS CLOCHE SACRÆ Theologiæ Profeſſor, ac eiuſdem Ordinis humilis Magiſter Generalis, & Servus Salutem, & Regularis Diſciplinæ incrementum.

" 1. EAS, quæ in veſtra Provincia ſe ſe offerunt difficultates
" ſuper executione noſtrarum Ordinationum ſub die 14.
" Aprilis Anni tranſacti, eiuſdem Provinciæ regimen con-
" cernentium, ex Litteris veſtris Mexici datis die 27. Novem-

“ vembris præteriti paterné excepimus,& attenté perlegimus. Diſ-
“ plicet quidem Nobis, vlli vnquam diſplicere; at plus vrget muneris
“ noſtri debitum, vt ad inſtauranda Litterarum ſtudia, ex quibus Or-
“ dinis noſtri Splendor, & Fructus, pro quibus ad vineam Domini vo-
“ cati ſumus, dependet, debite attendamus. Id itaque Nos movit, vt
“ tranſmiſſas ad Vos Ordinationes ederemus pro maiori bono, ac vtili-
“ tate iſtius Provinciæ, quam paterne diligimus; imo quó longiùs diſ-
“ tantem, có ſtrictiús charitatis brachijs amplectimur.
“ 2. Præfatæ igitur Ordinationes, & inferiús adducendæ, quibus
“ nihil novi iuris inducitur, ſed tantum ea, quæ pro communi Provin-
“ ciæ bono Nos conducere cognoſcimus, ad debitam noſtrarum Conſ-
“ titutionum normam reducimus, omni humano reſpectu poſtpoſito,
“ debent executioni demandari.
“ 3 Prædicaturæ igitur Generales, quæ abſque determinati Con-
“ ventus aſsignatione, ſub vago nomine Provinciæ, conceſſæ reperiun-
“ tur, omnino ſuppreſſæ ſint, prout eas ſuppreſsimus in prænominatis
“ Ordinationibus, ſub §. incipiente: In Actorum Capituli Provincia-
“ lis examine &c.
“ 4. Magiſterij, & Præſentaturæ Gradus tám titulo Lectionis,
“ quàm Prædicationis, qui á Nobis, ſive á Noſtris Prædeceſſoribus
“ conceſsi ſunt, vel ſupra numerum pro Provincia ſtabilitum, vel ijs
“ Fratribus, qui realiter, & cum effectu munia, & exercitia iuxta noſ-
“ trarum Conſtitutionum, & Ordinationum Reverendiſsimi de Mon-
“ roy tenorem non expleverint, viribus, & effectu carere decernimus.
“ 5 illos veró, qui debitis exercitijs peractis, huiuſmodi Gradus
“ obtinuerint, & exiſtunt intra numerū cum legitima loci vacantis de-
“ ſignatione, & expreſsione nominis illius, ob cuius mortem, vel pro-
“ motionem occurrit loci numerarij vacantia, eos dumtaxat voce, &
“ loco, alijsque Graduatorum privilegijs, & exemptionibus gaudere
“ poſſe, & debere, dicimus, & declaramus.
“ 6. Et nihilominus pro illis, quorum labores, & merita quodam-
“ modo exigunt, vt cum ijs benigniús agatur, præmiſſas Ordinationes
“ præſenti moderamine temperamus: nempe pro Prædicatoribus Gene-
“ ralibus, qui meritis ad normam noſtrarum legum prædi ti ſunt, illum
“ que ſolum patiuntur defectum, quod ſupernumerarij inveniũtur, vo-
“ lumus, atque decernimus, quod Prædicatores Generales ſub die 14.
“ Aprilis ſuperoris Anni á Nobis inſtituti dent locum illis, vtpotè anti-
“ quioribus, & debitis requiſitis ornatis. Cœterum Litteras Patentes
“ præfatorum Prædicatorum Generalium noviter inſtitutorum neuti-
“ quam annullamus, ſed tantum ſuſpendimus, vſque dum vacent loca,
“ quæ occupare debent, ſicuti & derelinquere, ſervata inter eos anti-
qui-

" quitate deſumpta á die profeſsionis,quia eodem die inſtituti ſunt.
" 7. Prædicatores Generales, qui ſimul præſentaturæ Gradu inſigniti reperiuntur, ſtatim alterutrum ex ijs dimittere teneantur, prout in vi noſtrarum legum ſtatuimus in prænominatis Ordinationibus §. incipiente: Ne vero ægré ferant &c. cum æquum non ſit, vt vnus occupet Officia plurimorum: hac tamen norma ſervata, nempe ſi vterque Gradus ſit numerarius, ſit in eorum optione, quem velint dimittere: ſi alteruter, illum retineant, qui pertinet ad numerum: ſi vero neuter, careant vtroque, niſi ex iam adductis, & adducendis poſsint iuvari.
" 8. Pro Magiſtris itaque, & Præſentatis tam titulo Lectionis, quam prædicationis, qui prævijs requiſitis ad normam Conſtitutionum, & Statutorum Provinciæ promoti ſunt, ſolumque defectu laborant, quod ſint ſupernumerarij, illorum Graduum vim, & effectum dumtaxat ſuſpendimus, donec occurrente alicuius loci numerarij legitima vacantia, ipſi in decedentium loca ſufficiantur, pro vt ex nunc ex vi præſentis decreti eos ſufficimus, ſervata inter eos temporis, quo quiſque debita exercitia explevit, prærogativa, abſque vlla pro præſenti caſu, ad profeſsionis, vel ad datæ Litterarum Patentium anterioritatem attentione, vt ſcilicet, is primum ſubintret in locum quem ſpectat, qui prius legitima compleverit exercitia.
" 9 Qui tandem vltra defectum ſupernumerarij, legitimis exercitijs, prout de iure non expletis, ad eiuſmodi Gradus convolarunt, vel, qui, etiam ſi intra numerum exiſtant, præfata exercitia realiter, & cum effectu non perfecerint, ſicuti requiſitis, quibus Gradus inhærent deſtituuntur, ita etiam Gradibus deſtituti remaneant.
" 10. Ex his igitur, Patres dilectiſsimi, cognoſcere poteſtis, quorum futurum ſit ius ſuffragandi in Capitulo Provinciali, proindeque præfatis Ordinationibus, prout par eſt, ſervatis, electio Provincialiũ nullitatis diſcrimini non erit expoſita. Imponimus ergo Patri Provinciali Moderno, ſeu Provinciæ Præſidenti, quatenus præmiſſa debitæ executioni demandare curet, vt regularis diſciplina, & Litterarum ſtudia, prout intentis votis exoptamus, refloreſcant.
" 11. Tandem tam Patri Provinciali futuro, quam Diffinitoribus proximi Capituli Provincialis præcipimus, vt in Capitulo Provinciali eligant in Procuratorem Provinciæ vnum ex eiuſdem Provinciæ Fratribus ex natis in Hiſpania, cui ſtrictè imponant, vt in Provinciã conducat ad minus viginti Fratres ex Provincijs Hiſpaniæ, ne propter eorum defectum alternativa toties commendata inter natos in Indijs, & natos in Hiſpania omnino extinguatur.
" 12, Itaque monemus eiuſdem Provinciæ Patres, nos confirmatio-

" tionem electionis minimè tranſmiſſuros; vſque dum præfatus Procu-
" rator eligatur, & de conductione Fratrum ex Provincijs Hiſpaniæ
" certiores facti ſimus. Hoc igitur Decretum de verbo ad verbum in
" Actis Capitularibus proximi Capituli Provincialis inſeratur, vt ad
" noticiam eorum, ad quos ſpectat, perveniat, quibuſcumque in con-
" trarium non obſtantibus. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus
" Sancti Amen. In quorum fidem &c. Datis Romæ in Convẽtu Noſ-
" tro S. Mariæ ſuper Minervam, die 17. Iunij. 1696. -- Fr, Antoninus
" Cloche, Magiſter Ordinis. -- Regiſtrata Fol. 5. -- Fr. Salvator Aſ-
" canio Magiſter, & Socius.

MUY R. P. Provincial. Aviendo viſto dos cartas, que recebi de V. P. M. R. de 27. y 28. de Noviembre del Año paſſado de 95. proponiendome U. P. en la primera los inconvenientes, que ſe ſiguen, por aver ſuprimido las Predícaturas Generales, que llamamos de Provincia, y que excedian al numero de los Conventos, ſin embargo de aver diſpueſto dicha ſuppreſsion con las circunſtancias, que podian, y debian averla hecho menos ſenſible, paſſo á decir à U. P. que aunque yo deſſeo, que mis Religioſos logren el conſuelo, y ſatisfaccion poſsible, debo al meſmo tiempo attender á la obſervancia de las leyes, que prometimos á Dios, obſervar, y en caſo de reſultar deſconſuelo á alguno, ó algunos Religioſos por la reſtauracion de la Diſciplina Regular, á cuya conſervacion, y adelantamiento eſtoy obligado por mi Officio, y conciencia, no puedo anteponer la conveniencia de los particulares al beneficio comun.

Nunca ha ſido mi intencion hazer Maeſtros, Preſentados, ni Predicadores Generales fuera del numero, que ſe halla eſtablecido, y los que he concedido, ha ſido por inſtancias de las miſmas Provincias, y ſus Procuradores, con el pretexto de la diſtancia, ſuponiendo, que quando pudieſſen llegar á eſſas partes las Patentes, avia ya vacãtes, pero aviẽdo viſto lo cõtrario con repetidas experiencias, he tomado la reſolucion, que verá V. P. por el deſpacho adjunto, que notificarà U. P. para que la eleccion de Provincial, que ſe ſigue no padeſca defecto de nullidad, por cõcurrir á ella, los que de derecho no pertenecen. Fio mucho de la prudencia de V. P. y eſpero, exe-
cutar

cutará eſſe Decreto con el zelo, integridad, y reſolucion, que le encargo.

A la duda, que U. P. me propone, ſobre ſi los Maeſtros, y Preſentados del numero deben tener mejor lugar, que los q̃ no pertenecen al numero, no neceſſito dar reſolucion, porque no deben ſubſiſtir, los que no pertenecen al numero -- Quanto á ſi los Graduados intra numerum á titulo de Lectura deben tener antelacion á los Graduados etiam intra numerum titulo prædicationis, reſpondo, que ſe obſervará el eſtilo, y coſtumbre de la Provincia.

Al reparo de algunos Maeſtros, y Preſentados, que ay Graduados ſupra numerum, ſe debían de juſticia las vacantes del numero, que ſe han ofrecido deſpues, que obtuvieron el Grado ſupra numerum, y que no ſolicitaron entrar en ellas, por parecerles, que perſeverando fuera del numero, avian de gozar los miſmos privilegios, y gracias, que ſi eſtuvieran dentro del numero, y por conſiguiente parece, que à eſtos ſe deben ſeñalar aquellas vacantes numerales, q̃ al preſente occupan otros de menor edad, y antiguedad tanto en la Profeſsion como en la Lectura, y demas Exercicios -- Reſpondo, que nunca ha ſido mi intencion proveer vacantes del numero, quando en la Provincia ſe hallaſſen Maeſtros de fuera del numero, porque ſiempre he mandado, que los ſupernumerarios occupen las vacantes del numero, que ſe ofrecieren, y por tanto tenian obligacion los ſupernumerarios de reclamar, ó dar aviſo, de q̃ hallándoſe ſupernumerarios, ſe concedia el lugar del numero, que vacaba á otro, que no era Maeſtro, de fuera de el numero, para que el General proveyeſſe ſegun juſticia, conque por eſta omiſſion, y por el error, en que han eſtado, de que perſeverãdo fuera del numero, podian gozar las gracias, y privilegios, que gozaran dentro del numero, no ſe les debe la vacante numeral, que obtendrian entonces, ſi reclamaran, como tenian obligacion: Por lo qual deben eſperar otras vacantes del numero, y los que aora las occupan, aũque ſean menos antiguos, deben perſeverar en ſu poſſeſſion, como ayan cumplido los exercicios, que ſe requieren ſegun las leyes de la Provincia --

Quan-

Quanto à la Proviſſion, y termino de las Vicarias no mando coſa nueva, ſino ſolamente quiero ſe obſerve, lo que ordenô el Capitulo General á viſta del Señor Monroy, que tan bien informado eſtaba del eſtado, y dependencias de eſſa Provincia, y aſsi ſe debe obſervar-- Quanto á los Criados no mando yo coſa, que no aya antes ordenado la Prouincia, quando ſe vivia en la obſervancia, â que deſſeo reſtituirla. Sino ay Religioſos Legos, que aſſiſtan à los enfermos, puede tener el Cōvento Criados en comun, ſin determinarlos para algun particular -- lo miſmo digo quanto, á que los Religioſos anden à caballo, el qual abuſo, no puedo, ni debo permitir, porque en eſſa Ciudad, por ſu temperamento, y conveniencia de calles, no ſe neceſſita de caballo, aunque aya mucho, que hazer.- En lo que toca à la impoſicion de preceptos, que obligan à toda la Comunidad, ſe obſervaràn las Ordenaciones del Señor Monroy, menos en los preceptos, que ſe imponen para entrar à viſitar los Conventos, ó para proceder, pro vt de iure, en alguna cauſa, que para que eſtos obliguen en conciencia no ſe neceſſita de Conſejo de Padres, como ni tampoco, parà que obliguen á algun particular.-- Eſto es quanto ſe ofrece en reſpueſta de las cartas de U.P. Puede creerme, qué hallandome bien informado de ſus prendas, zelo, y deſinteres quiſiera, darle todo alivio; pero debemos anteponer nueſtras conveniencias particulares á el bien comun, y el que yo deſſeo á eſſa nueſtra Provincia, y à la perſona de V.P. es, el que correſponde á mi obligacion, y á las de mi Officio. Reciba V.P. mi bendicion, y ruegue á Dios por mi, y mis Compañeros. Roma 17. de Junio de 1696. P.V.A.R. Conſeruus in Dño -- Fr. Antoninus Cloche Magiſter Ordinis. Padre Provincial de nueſtra Provincia de Mexico.

QVibus mox vt lectæ ſunt, prænominatus Adm. R.P.N. Exprovincialis, inclinandum eſſe cor ad faciendas earū iuſtificationes in æternum, eſt profeſſus, in cuius ſignum ſe ſe ipſum Gradibus Prædicaturæ Generalis, & Præſentaturæ ex tunc ſpoliare obteſtatur, quia ad prædictos Gradus in præno-

mina-

minatis Litteris Patentibus requiſita non ſe habere profitebatur.

Hoc ita peracto, inviolabili prædictarum Litterarum Patentium obſervantiæ conſulens, dictus iam R. Adm. P. N. Exprovincialis mandatum proprio motu expedivit, in quo cunctis, qui Gradibus fruebantur, ſua iuridicê merita, ad illos obtinendos, refferre (authentico eorum teſtimonio,) præcepit coram ſe ipſo, ac nullo impellente, ſed ſponte re ſecum conſiderata, duos integerrimos Religioſos viros ſibi ad iudicium ſuppetias laturos, ſeligere decernit, ſociosque ad merita nominat diſcutienda, & legũ ad trutinam ponderanda: R. Adm. ſcilicet P. Mag. Fr. Ioannem Baptiſtam Mendez, & R. P. Præſentatum Fr. Ioſephum de Palacios.

E veſtigio item per Secretarium, PP. cõgregat in cella propria Concilium, vt quid circa hoc meritorum iudicium agendum conſuleret. Et inibi á cunctis omnia, & ſingula, quæ ipſe decreverat, eadem methodo, eiſdemque duobus ſocijs ab ipſomet nominatis facienda, ſtatutum eſt, continuoque præfatus R. Adm. P. N. Exprovincialis iuſſit, vt quidquid in hoc iudicio á ſe, & à duobus nominatis Coadjutoribus, circa Graduatorum mérita decretum foret, in PP. Concilium, iterum congregandum, rediret, vt ibidem diffinitiva ſanciretur ſententia, ſicuti decretum eſt ipſa: Viros notorietate facti egregios, doctrinæ laboribus exactè peractis ad iuris noſtri normã emeritos iudiciali prædicto examini non eſſe ſubdi neceſſum, quod & continent in declaratione Conſtitutionum diſtint 2. cap. 14. tex. 8. ſub lit. Q. noſtræ leges ad explicationem Valliſoleti factam 1605. Congregatum eſt tandem diebus non nullis tranſactis, & rationem ferentibus tribus nominatis RR. Adm. PP. ad hoc præfixis, de meritorum rigoroſo examine facto, hanc protulere ſententiam: obtinere, videlicet Gradus tantum duodecim RR. Adm. PP. Mag. titulo lectionis, & vnum titulo prædicationis: Præſentatos itidem duodecim eodem titulo, & vnum titulo prædicationis, ac denique decem Prædicatores Generales, quia omnibus præditos requiſitis iuxta noſtrarum legum ſtatuta, & Capitulorum Generalium,

præ-

præcipué Illuſtriſſimi D. Archiepiſcopi compoſtellani de Mõroy eſſe, comperere; aliorum verò cætus, qui diverſis erat Gradibus in Provincia exornatus, appenſus eſt in ſtatera, & inventus eſt minus habens, vnde ad mentem Rmi P. N. Mag. Generalis Ordinationũm, de quibus iam enuntiatione hac illis privari, ratum, ſtabilitumq; fuit ab omnibus. Attentis perſpectum fuit Concilij Patrum ab auribus prænominatorum trium Adm. RR. PP. iudicium huiuſmodi, nilque cenſuit innovandum circa illud, ſed omnia, & ſingula firmo, cõcordiq; ſuffragio teneri ſemper ſanxerunt, quo motus prædictus R. Adm. P. N. Exprovincialis Litteris convocatorijs pro Capituli Provincialis præſentis celebratione id circa vocalium deſignationem notificans, tranſmiſſum fecit Provinciæ, ac tandem RR. PP. Prædicatoribus Generalibus, cogens PP. Concilium die 6. Maij 1697. ſimul cum iſto deſignavit Conventus, qui caruerant illis, iuxta antiquitatis ius inter vtroſque; eo vndequaque permotus, quod iam prædictus Regius Mexicanus Senatus die 5. Martij 1697. Decreto diffinitivo ipſi, Concilioque PP. firmavit obſervandum ſtricté, in præſenti, alijsque electionibus illas tantum novem Domus prænominatas, quia octo Fratres alunt contiuò, vocem habere, non vero alias; cui Decreto prædictus R. Adm. P. N. Exprovincialis, & PP. Concilium obedientiam præſtiterant.

8. DEnuntiamus diſcuſsionis tempore meritorum pro Gradibus, ad illos obtinere legitimé, detentum, infirmitatis cauſa, R. P. Præſentatum Fr. Ioſephum Carranza, vnde in præſenti Diffinitorio pro Præſeratura eius de numero Provinciæ titulo lectionis linguæ Mexicanæ fuit actum, ſancitumque, illa ipſum potiri ſuis Litteris Patentibus ſub datum Romæ 14. Aprilis 1695. Atque impoſitum ipſi de cætero operam navare prædicti idiomatis in labore.

9. DEnuntiamus Litteras Patentes Rmi P. N. M. Generalis ſub die 14. Aprilis 1695. noſtræ appuliſſe Provinciæ, quibus Magiſterij Gradus RR. PP. Præſentatis Fr. Didaco de Inoſo, & Fr. Ioanni de San Martin titulo lectionis confertur, locis duobus prædictæ Provinciæ eodem titulo noviter conceſsis:-

ceſſis: Præſentaturæ autem eodem titulo RR. PP. Lectoribus Fr. Balthaſari Romeo in locum R. Adm. P. M. F. Didaci de Inoſo ob aſſumptionem ad Magiſterium, F. Auguſtino de Eſcalante in locum R. Adm. P. M. Fr. Ioannis de S. Martin ob aſſumptionem ad Magiſterium. F. Didaco de Arellano, & Fr. Marco de Arrieta in loca de novo titulo lectionis conceſſa, Fr. Franciſco de Aguirre in locum numeralem actu vacantē titulo lectionis ob mortem R. P. Præſentati Fr. Nicolai de Alanis, & Fr. Ioſepho Carranza in locum actu vacantem titulo lectionis linguæ Mexicanæ: Prædicaturæ vero Generalis RR. PP. FF. Bartholomæo de Yturrieta, Fr. Thomæ Bravo, Fr. que Ioſepho de Armentía, quas omnes ſubmiſſa animi obedientia executioni iam admandavimus.

10. DEnuntiamus, quod R. Adm. P. N. huius Capituli Diffinitor Fr. Hieronymus de Cardona ex natis in Hiſpania, ut recētibus denuntiatis iam Denunt. 7. ad num. 11. Rmi P. N. M. Gen. mandatis obtemperemus, Capitulo congregato, per vota ſecreta, ad Regiam Hiſpanicam Curiam canonicé fuit electus Mercurij die per noſtras leges ſtabilita, cui ſerió iniungimus incumbere iuxta virium ímbecillitatem, ſtatum & noſtræ depauperatæ Provinciæ his, vnde motus id ſtatuere, eſt Rmus P. N. Mag. Gen. ad quod vt de luce vigilet totus, aliarumque rerum curis, extra expreſſam iam Curiam Hiſpaniæ, á munere ipſi à mādato minimè diſtrahatur, ſuffectus canonicè fuit eádem die Diffinitor pro Romana Alma Curia R. Adm. P. Mag. Fr. Bartholomæus Navarro á S. Antonio. S. Officij Qualificator, vt ibi occurſum, quæ fecerint neceſſaria Provinciæ huius noſtræ, atque diligentiæ commendantur quæ ipſius; ſatagat, & apud Rmum P. N. Mag. Gen. atque Apoſtolicam Sedem: nec id alienum ab ſtatuto annuente eodem Rmo P. N. Mag. Gen. ſuis Patentibus Litteris ad hanc noſtram emiſſis Provinciam ſub die 22. Ianuarij. 1690. regiſtratis fol. 3. plus vno mitti ſimul inibi Diffinitore á Provincia.

11. DEnuntiamus Rmum P. N. Jubilatum Lectorem Fr. Emmanuelem Monzaval omnium Seraphici SS. P. N. Franciſci Novæ Hiſpaniæ Provinciarum vndequaque emeritum

ritum Commiſſarium Generalem paterno erga noſtram Provinciam affectu, & magna in totum Prædicatorum Ordinem dilectione flagrantem, in intimæ vnionis ſpecimen, theſſeram que ignis, qui meditatione debiti inter vtramque amoris Familiam exardeſcit oppignorati, inhiaſſe, quod craſtina ad electionem Prioris Provincialis Dominica Die Solemnis Miſſa, publicaque concio pro Comitijs Provincialibus in Mexicano Conventu Stigmatici SS. P. N. Franciſci haberentur, cuius æſtuantibus votis debitas, quas poſſumus, referimus gratias, ac deſiderium cordis eius tribuentes, neque eum voluntate labiorum eius fraudantes, in æternum profitemur referendas.

12. DEnuntiamus, cauſa ſerió vndequaque perpenſa inter Conventum noſtrum Mexicanum S.P. N. Dominici, & eiuſdem de Porta-Cœli noſtrum Collegium circa nonnullorum numiſmatum á Prælatis pro tẽpore diſpoſitionem Fratrum vita fruẽtium, Exterorũq̃ pij cuiuſdam operis applicationem, Conventui item in commodatum, atque depoſitum ab eodem dicto Collegio tributum, ac tandem pro congrua iſtius ſuſtentatione panis quotidiani & elargitionem, in quíbus omnibus præiudiciũ illatũ erat prædicto Collegio per Acta præcedentis quadriennij tempore, quæ in iudicío, quia cõtra ìus extorta, annullanda veniunt, ſicuti & annullamus, & annullata eſſe, declaramus, omnium præſentis Diffinitorij aſſénſu, & voto maturiús datam fuiſſe ſententiam in favorem prædicti noſtri Collegij de Porta-Cœli: ſicque ad ipſum omnium ſummam nummorum, rerumque aliarum, in quam patiebatur depreſſum, pertinere, atque Chirographum decreti, quod erat contrarium ipſi, quia in illo ſervata non ſunt ſervanda, & in quo ad oppoſitũ oppigneratum ſubeſſe præceptũ eſt, delendum, reſcindendumque, ſancitum, atque firmatũ eſſe, & ad perpetuam rei memoriam iuſſu R. Adm. P.N. Mag. Provincialis præſentibus denuntiari Actis.

DECLARATIONES.

1. CUM Graduatorum ad emeritos tantum iam redactus ſit numerus noſtræ Provinciæ, ſicque non multiplicata gente magnificerur lætitia, declaramus, extenſum Magiſterij titulo lectionis vſque ad duodenarium á Rmo P. N. Mag. Gen. vt ſupra Denunciatione 5. obtigiſſe de iure RR. Adm. PP. Mag. Fr. Ioſepho de Benavente, Fr. Auguſtino Dorantes, Fr. Ioanni de Zeballos, Fr. Ioanni del Caſtillo, Fr. Ioanni Pimentel, Fr. Petro de la Peña, Fr. Ioanni Baptiſtę Mendez, Fr. Dominico de Zouſa, Fr. Hieronymo de Cardona, Fr. Didaco de Inoſo, Fr. Ioãni de San Martin, Fr. Bartholomæo Navarro à S. Antonio: titulo autem vnum Prædicationis Fr. Antonio de la Torre; Duodenarium item Præſentaturæ lectionis titulo ab eodem pariter Rmo P. N. Mag. Gen. prorogatum ibidem RR. PP. Præſentatis Fr. Ioſepho Palacios, Fr. Dominico de Alvarado, Fr. Ioanni de Eſpinoſa, Fr. Antonio de Revoleño, Fr. Balthaſari Romeo, Fr. Franciſco de Ambia, Fr. Auguſtino de Eſcalante, Fr. Petro Manſo, Fr Didaco de Arellano, Fr. Marco de Arrieta. Fr. Franciſco de Aguirre, Fr. Michaeli de Aguirre, atq̃ Fr. Antonio de Ceſpedes titulo vnum Prædicationis, alterum veró titulo lectionis linguæ Mexicanæ Fr. Ioſepho Carranza; ac tandem Prædicaturæ Generalis ſeptenarium, quia Conventus modo ſeptem ſolum obtinet hæc Provincia, RR. PP. Prædicatoribus Generalibus nominandis hoc Ordine, videlicet Fr. Andreæ del Roſario pro Conventu S. P. N. Dominici Mexicano, Fr. Ioanni Cantú pro Conventu S. Crucis de Zacatecas, Fr. Antonio Pedrique pro Conventu S. Mariæ del Roſario de Guadalaxara, Fr. Matthiæ de Frigola pro Conventu Sanctiſſimæ D. N. de Pietate, Fr. Didaco Altamirano pro Conventu S. Roſæ de Sombrerete, Fr. Ioſepho de Armentia pro Conventu SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli de Queretaro, Fr. Frãciſco Marquez pro Cõvẽtu D. N. Ieſu Xpti Crucifixi S. Ioannis del Rio. Ex quibus Fr. Matthias de Frigola, & Fr. Ioſephus

ſephus de Armentia Rmi P. N. Mag. Gen. in Patentibus ſuæ Prædicaturæ Litteris deſignationem dictorum Conventuum obtinent; reliqui vero illa proviſſionaliter potiuntur aliorum, ſeu ad tempus(vſque dum Rmus P. N. M. Gen. vltima decoret ipſos, ſi id expediens, vt viſum eſt præmemorato PP. Concilio, & Nobis) iudicaverit.

2. Declaramus præter hos, qui numero 34. clauduntur, dignos frui, quibus ſunt inſigniti Gradibus, nullum eſſe amplius locum inventum in Provincia ſupernumerarium titulo lectionis Magiſterij, Præſentaturæve in alio, qui & ſi non annullatus, eo quod meritis effulgeret aliunde iuxta Rmi P. N. M. Gen. Ordinationem, Denuntiatione 7. num. 8. ſuſpenſus tamen maneret, vſque dum de numero Provinciæ loci eveniret vacantia; tametſi Prædicaturæ Generalis non ita, eo quod RR. PP. Fr. Bartholomæus de Yturrieta, Fr. Thomas Bravo, ac Fr. Franciſcus de la Torre requiſitis ſunt præditi pro iſto titulo, ad cuius rationem Litteris Prædicatorum Generalium, queis gaudent, inter Graduatos ſunt numerati, duo primi in præmemorato examine meritorum, iſte quia abſentia interveniente cauſa, illi ſubdi non valuit, in particulari pro ipſo habito, ſed abſque Conventu, & ſuſpenſi omnes, loci expectâtes vacantiam. At eorum, cui ſuccumbere evenit privationi vſque ad viginti duo ſubſiſtit: Quinque, ſcilicet Magiſtri, Septem Præſentati, Decem Prædicatores Generales, hoc titulo quiſque.

ORDINATIONES.

1. ORdinamus, quod pro futuris perpetuis temporibus, ferventi Rmi P. N. Lectoris Iubilati Fr. Emmanuelis Mõzaval Commiſſarij Generalis huius Novæ-Hiſpaniæ Provinciarum, prædilecti SS. P. N. Franciſci voto annuentes, in gratiarum actionem pro noſtræ Provinciæ Capitis electione fœliciter quocumque quadriennio effecta, ſolemne Miſſæ ſacrificium, publicaque coram populo habenda Concio in Conventu Religioſiſſimo eiuſdem SS. P. N. Franciſci

peragan-

peragantur ſequenti Dominica luce, vt quam bonum, atque iucundum Fratres Magnorum Parentum filios ſtare in vnum, appareat, ac ſicut vnguentum in Capite electo in cætera Provinciæ membra deſcendens charitas, qua Chriſti bonus odor ſumus, redoleat, quoniam illic mandavit Dominus benedictionem: Noſtrorum, quod inſequimur venerantes Maiorum exemplari hoc exprimente, apud Mag. Fontana Tomo noſtrarum Conſtitutionum, verbo: *Fratres Minores*, in Indice. En pulchra ipſius verba: *Pro eadem igitur Fraterna charitate, qua S.S. Patres noſtrorum Sacrorũ Ordinum Fundatores inter ſe exerſere, in Nobis Filijs ſuis conſervanda, cum Anno Domini* 1651. *in Venerabili S. Mariæ de Aracœli Romano Cœnobio Illuſtrium Virorum facundo Seminario Generalia Comitia copioſa Fratrũ multitudine ditata celebrarentur, atque in Generalem Miniſtrum totius eiuſdem Seraphicæ Religionis ſummo Patrum conſenſu Reverendiſsimus Pater Frater Petrus Manero Aragon. Pietate, doctrina, regularis abſervanciæ zelo, atque in agendis dexteritate ornatus, fuiſſet electus, Reverendiſsimus P. N. Magiſter Ordinis Frater Ioannes Baptiſta de Marinis, ſine Prædeceſſorum exemplo in die Pentecóſtes, quæ XXVIII, Maij contigerat, omnium Fratrum noſtrorum in Vrbe exiſtentium, nnmeroſa corona ſociatus, cum Cruce, atque Acolytis ad præfatum Aracœlitanum Templum proceſsionaliter acceſsit, vbi ante eiuſdem fores ab eodem Generali Miniſtro, erumpentibus hinc inde prægaudio lachrymis, ad Fraternos amplexus ſolemniter fuit receptus, nobis quoque omnibus AD MANVVM OSCVLA admiſsis, quod factum, ſicut mutuæ Religioſæ charitatis fuit Nobis omnibus argumentum, ita & Romanæ Curiæ ſingularis pietatis extitit exemplum.*

2. Ordinamus, quatenus omnino iuxta leges noſtras executioni mandetur Ordinatio quarta Valentiæ 1647. Romæ 1670. Admonitione 13. & 1686. Confirmatione 10. de qua Rmus P. N. Mag. Gen. in denũtiatis Denunt. 5. §. 40. n. 14. vbi præcipitur, quod pro Fidelium confeſſionibus ſuſcipiendis, quolibet triennio examini Fratres noſtri ſubijciantur, ad apicem obſervandam eſſe ipſam hoc pacto: Qui nullo Gradus, vel Lectoratus, ſeu Inſtitutionis Prædicatoris Generalis, honore

nore potiuntur (exceptio ibi firmata) examen in Concilio PP. iuxta noſtrarum ſeriem Conſtitutionum Diſt. 1, cap. 13. in Declaratione Textus primi Littera A. & apud Briviam 1346. Ordin. 5. ſubeant, ac proinde, qui proximê approbati ad hoc munus exiſtunt, iterum, quia non in Concilio PP. vt requiritur examinati, approbationis aleæ ſubdantur, vt tanquam argentum igne examinatum, probatum terræ ſeptuplum, purgati accipiant centuplum; omnibuſque ab hac promulgationis die, vſque ad menſis Iulij finem ſe ſe præſentandi in hoc S. P. N. Dominici Mexicano Conventu ſub pæna ſuſpenſionis á celebratione Miſſarum infallibiliter infligenda, præfigitur terminus.

3 Ordinamus omnes Provinciæ Fratres, qui Mexicano idiomate Sacramenta Populis conferre, curant, etiam Miniſtri, ſub prædicto termino à notitia ſcilicet harum, vſque ad vltimam Iulij diem, duplici eſſe exponendos examini; alteri de Moralis Doctrinæ ſufficientia, alteri de Mexicani Idiomatis neceſſaria Doctrina, vt qui duplici honore honorandi ſunt, duplicato promereantur experimento.

4. Ordinamus reſpectu etiam omnium præcedentem intelligi Ordinationem, qui Vicarij, vel Priores exiſtunt, ita vt qui in prædicto examine minimé evaſſerint approbati, ad Prioratus, vel Vicarias evehi non poſſint, ſi autem actu Vicarij ſint, vel Priores ſtatim propter inſufficientiam ab iſtis abſolvantur muneribus. Nomine autem Graduatorum ſolum in, telligendi veniunt, qui actu Gradibus per approbationem in iudicio die 15. Ianuarij Anni 1697. Iuxta Litteras Patentes Rmi. P. N. Mag. Gen. die 14. Aprilis. 1695. datas, peracto inveniuntur, cæteri autem examinari, ac Dimiſſorias ab ſtudijs Litteras præſentare tenentur.

5. Ordinamus vt omnem, quam penitus fugare, contendimus ignorantiæ labem, exterminemus, quod ad Subdiaconatus ſuſcipiendum Ordinem, qui Artium Curſu completo, Sacræ Theologiæ ſaltim per vnum Annum, non ſtuduerit ad Diaconatus vero Ordinem, qui eodem Philoſophiæ curriculo peracto, Theologiam per duos Annos non audierit, ad Presby-

Presbyteratum autem poſt Artium ſtudium per triennium Theologiæ operam non dederit, omnino inhabiles ad prædictos Ordines habeantur, ac vt in poſterum hæc Ordinatio inviolabili firmetur robore, ſuperiori petimus iuſſu ſanciri Rmi P. N. Mag. Gen.

6. Ordinamus, vt Angelici noſtri Præceptoris vſquequaque diffundatur Doctrina, ac in Extraneos protenſa illuceſcat, dum iugiter, & abſque intermiſsione triennàli ebibēda propinabitur, quod Artium curſus quolibet aperiēdus Anno in noſtro Mexicano S. P. N. Dominici de PortaCœli Collegio inſtituatur, Doctrinæ ita Angelicæ genimina multiplicata floreſcent, & in ſtillicidijs eius lætabimur germinantes, benedicente Domino Coronæ Anni benignitatis eius. Ut autem ibidem Studentes commodé alantur, omnium Provinciæ Domuum contributionibus, ſecundum rationem in Conſilio Provinciæ, aſſenſu Priorum, ac Uicariorum à R. Adm. P. N. Mag. Provinciali aſſignandam, expenſæ, exhibeantur; vt Capituli Generalis Romæ 1670. Pro Provincijs Indiarum in communi Acta ſtatuere duxerunt numero 3. dum ad ſimilia iubent illas ab illis donari.

7. Ordinamus, ne propter deficientem pené numerum Infulatorum Sacræ Theologiæ in Mexicana Academia ad obtinendam ibidem Angelici Noſtri Præceptoris Cathedram intercludamur, vnum ex Fratribus, quem Provincia deſignaverit, Doctorali apice in prædicta Academia decorari curetur quolibet quadriennio, ad quod, iuxta præallegatum Ordinatione anteriori Capitulum vbí ibi, Litteræ Patentes ſingulis Domibus quinquaginta pondo per quadrienniū exhibere mādantes, expedientur, vt quod ad communem noſtri Ordinis honorem maximé conducit, communibus totius Provinciæ ſubſidijs efficiatur, ſicque exaltent eam in Eccleſia, & in Cathedra laudent eam.

8. Ordinamus, vt ſuppetant, qui Indorum Populis Sacramenta miniſtrent, Mexicani Idiomatis Cathedram in Mexicano S. P. N. Dominici Conventu aſsidua exerceri lectione ſicuti in Actis Capituli huius Provinciæ Anni 1689 titulo

Ordi-

Ordinationes ſtatuitur conformiter ad Cap. Gen. Rom. 1650.

9. Ordinamus, & præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ obedientiæ, & ſub formali præcepto, quod nullus honore Gradus, quo non actu potitur, vel voce, vel ſcripto appelletur, nec á ſe, vel ab alio: & quamvis non ſub eodẽ formali præcepto, tamẽ ſerio iniungimus, vt iuxta ſtatum cuiuslibet, cuilibet conferatur, & inter loquendum, ſcribendumque titulus, qui debetur ipſi, & non amplius, ita vt Magiſtri, & Patres Provinciæ: Paternitatis Adm. Reverendæ, Præſentati, cæterique quocumque Gradu honorati, & Lectores: Paternitatis, reliqui Patres Reverentiæ, Clerici autem, & converſi: Charitatis appellatione indigitentur, ſicque, cui honor, honor, cui reverentia reverentia exhibeatur.

10. Ordinamus, & ſub eodem præcepto formali præcipimus, vt ab onere Miſſarum Mexicanus S. P. N. Dominici Conventus reſpiret, ſingulos PP. totius noſtræ Provinciæ Domibus commorantes, ſive Hoſpites, ſive Depoſitatos viginti quinque Miſſas pro illius intentione celebrare quot annis, prout ſæpe ſæpius in Capitulis Provincialibus ſancitum eſt, illis qui in Conventibus de Pietate, Zacatecas, Guadalaxara, Sombrerete, Queretaro, S. Ioannis del Rio, & in Collegijs S. Ludovici, & de Porta-Cœli degunt dumtaxat exemptis; declaramusque prænominatas Miſſas á noſtræ Provinciȩ Præſule eſſe ex nunc pro Conventu applicatas.

11. Ordinamus, & ſub eodem præcepto formali præcipimus, quod ſtatim, ac per litteras Patentes, cuiuſcumque negotij, præcipue Defunctorum Ordinis noſtri, in quamlibet pervenerit Domum, intra duplicis horæ terminum in aliam, & aliam notitia transferatur, ſicque ab vltima noſtræ Provinciæ Domo cum omnium aliarum teſtimonialibus Litteris ad R. Adm. P. N. Mag. Provincialem redeat, moxque vbi Littera Patens ad Domos venerit, lugubrem campanarum ſonitum, & horis ſtatutis repeti, ac poſtero immediato die Miſſam decantari, omni in hac re negligentiæ poſtpoſita mora, vt iuſta mortuis maturius ſolvantur, Spiritu Sancto dicente: *Animam eſurientẽ ne deſpexeris, Cor Inopis ne affliixeris, & non protrahas datum anguſtianti.*

12. Or-

12. Ordinamus, & ſub eodem præcepto formali præcipimus, nec non ſub pœna Excommunicationis maioris latæ ſententiæ, ipſo facto incurrenda, vna hac pro trina Canonica monitione præmiſſa, omnibus, & ſingulis RR. PP. tam Miniſtris, quam cæteris, vt quidquid emolumenti, vel ob Miſſas, vel ob alias Eccleſiaſticas functiones Sepulturæ, Nuptiarum, ac Baptiſmorum, & id genus acceperint, Prælatis ſuis fideliter, ac integrè referant, & Villicationis ſuæ rationem, omni dolo reiecto, memores Præpoſitorum ſuorum reddant, & in libris ad hoc deputatis ſcribere non retardent vltra tempus duplicis horæ expreſſam, quam fert conſuetudo, fidem.

13. Ordinamus, & ſub eodem præcepto formali, ac cēſura præcipimus [idque conformiter ad Cap. Generale Romę 1670. Pro Provincijs Indiarum in communi n. 4. & 5.) quod nullus Fratrum in Domibus extra hanc Civitatem degentium abſque expreſſa R. Adm P. N. Mag Provincialis licentia in ipſam Civitatem adventare, aut pernoctare audeat, quocūq prætextu, & cum id fuerit ipſi neceſſum, quamuis non ſub formali Præcepto, tamen ſub pæna culpæ gravi correſpondente, nec non reclufionis in Domo Novitiorum quindenæ iniūgimus, in Cōventu noſtro degere Mexicano: vt in atrijs Hieruſalem, quæ ædificatur vt Civitas ſemper ſtantes die, ac nocte ſuis invigilent miniſterijs. Qua propter ſub eodem precepto formali, & cenſura præcipimus omnibus RR. PP. Miniſtris quatenus á notificatione harum quiſque in Miniſterij Domū proprij pergat ſtatim, nec abſque expreſſa licentia alió tendat, ac tandem ſub eodem formali præcepto præcipimus, vt nullus extra Mexicanum degens Conventum in Prioratu, Domove quacumque audeat propriam relinquere aſſignationē, quin ante expreſſam ſui Prioris, ſeu Vicarij, aut Præſidentis licentiam obtineat, & caſu, quo neceſsè ſit ipſi, propriam dimittere aſsignationem, teneatur prius de hoc certiorem facere R. Adm, P. N. Mag. Provincialem, cuius vſque dum reſcriptum ad ipſum perveniat, neutiquam valeat recedere quocumque prætextu ab illa.

14. Ordinamus, & ſub eodem præcepto, & cenſura prę-

cipimus

pimus, quod nullus RR. PP. qui Mexicanam linguam callere, per examen non conſtiterit, confeſsiones illo idiomate auſit ſuſcipere, vt linguam, quam non noverat audiens, à tam gravibus dorſum divertat oneribus.

15. Ordinamus, & ſub eodem præcepto formali præcipimus, quod omnes Fratres aliarum Provinciarum, ex hac ad ſuas exire, curent quantocyús, vt ſic Filijs ſuis ad ipſas de lõge venientibus, & portantibus manipulos ſuos, quo factus eſt locus eorum, Acta Nos Cap. Gen. Rom. die 1. Iunij. 1686. titulo: *Confirmationes*. n. 3. in Cap. Prov. 14. Maij. 1689. obtemperata ad apicem, omnino executioni mandemus; attamen, qui illorum in noſtra Provincia permanere voluerint, incorporationem impetrare teneantur.

16. Ordinamus, quod in omnibus noſtræ Provinciæ Domibus Horę Canonicæ in Choro ſint recitandæ iugi Prælatorum cura, vt qui in Domo Domini ſtant, ad Sancta extollentes manus Dominum benedicant.

17. Ordinamus, quod Vicarij, ac Priores omnes, qui ab hoc Capitulo in poſterum extiterint, mox vt Prælaturæ poſſeſſionē aſſumant, Catalogum ſcripto commendent omnium bonorum ſuæ Domus, vel Prioratus tam mobilium quam immobilium, atque R. Adm. P. N. Mag. Provinciali mittant, cumque Prælaturæ finem imponant, nota in Domibus augmenta exponant ſui tempore muneris peracta. Qui vero nullum incrementum Domui contuliſſe compertus fuerit, inhabilis omnino ad quamcumque aliam Prælaturam habeatur, qui enim Domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit?

SVPPLICATIONES, EXPOSITIONES, ET POSTVLATIONES.

CVm iuxta ſuperius Denuntiatione. 6. memorata, ob Regiam Schedulam Catholiciſſimi noſtri Monarchæ, ac Pontificium SS. D.N. Pauli V. diploma in ipſa inclusum, vbi Domus in Electione ſuffragaturas, octo Fratres alere

alere contiuuo, præcipitur, Domus noſtra S. Ioannis Baptiſtę de Coyoacan in præſenti Provinciali Capitulo die 11. Maij, facto, voce caruerit; quia requiſitum octonarium Fratrum numerum non habebat, ipſius antiquitatem venerantes, vtpoté quæ Anno 1612. acceptata in Conventum authoritate Apoſtolica, & Ordinis, prout in Actis Capituli Provincialis huius Provinciæ eodem Anno, titulo: *Acceptationes*, & in qua Provinciale Capitulum Anno Dñi 1604. invenitur celebratū, Rmum P. N. Mag. Generalē ſupplicibus votis humillimé exoramus, vt ſuis apud SSmum precibus, ac paterna erga Nos cura impetrare dignetur, quod denuó in Prioratum inſtituatur, ac ita in Prioratum inſtitutam, ad priſtinum antiquitatis inter Provinciæ huius Conventus reſtitui, beneficientiſſimæ ipſius animi pietati fidentes, devoluto pectore ſupplicamus: eidemque nixi ſpei pro hac Domo Prædicatorem Generalem R. P. Fr. Franciſcum de la Torre, iam Litteris Patentibus Rmi P. N. Mag. Gen. Gradu Prædicaturæ Generalis potitum, & ſi ſuſpenſum, quia abſque Conventu, quamuis omnibus ſecundum noſtras leges, ac in iudiciali meritorum examine iuxta Litteras Patentes ad hoc noviter emiſſas, vt Denuntiatione 7. alijs præditum requiſitis, ſi ipſi Rmo P. N. Mag. Gen. placuerit, quod etiam petimus humiliter, exponimus.

2 Eadem votorum demiſſione ſupplicamus, quod Rmus P. N. Mag. Gen. apud SSum benigniter obtinere ſatagat, ut Domus noſtræ de Azcapotzalco, de Amecamecan, de Quauhtlan, de Oáxtepec, & de Tlaquiltenanco in Prioratus erigat antiquo indulto Apoſtolico, quod ad prædictam Domum de Coyoacan extendatur (de hoc Salmanticæ 1551. Declar. 5.] retento, videlicet, quod Indiarum Conventus, tales ſint rigoroſé, & ſi Senarium Fratrum numerum dumtaxat cōtineāt, privilegium poſtea ad Ordinem totū extēſum Romæ. 1553. Declar. 1. & confirmatū Romæ. 1558. confirm. 7. ita vt gratiæ huic impetrandæ prædictis Domibus, quæ ſtatim ab obtentu dictos Sex Fratres pro ſemper habebunt, aut SS. D. N. Pauli V. Bulla, Regia aut Schedula octonarium numerum

 exi-

exigentes, haud obſiſtit, eo pietate perpenſo, quod prædictæ Schedulæ Regiæ, SS. D. N. Pauli V. continentis diploma cauſa Conventuum numerus huius Provinciæ ad paucum, Septem ſcilicet, eſt redactus: quo præfixam damus á Noſtris Legibus pro Conventuum petitione, Barcinone 1261. Ordin. 9. rationem.

3. Supplicamus, quod hoc Noſtris humilibus deſiderijs conceſſo, in Domo de Tlaquiltenanco R. P. Fr. Bartholomæum de Yturrieta, & in Domo de Amecamecam R. P. F. Thomam Bravo Prædicaturæ Generalis honore á Rmo P. N. Mag. Gen. iam decoratos Litteris Patentibus, ac iuxta prædictã Cõſtitutionũ normã, Litterarũq Patentiũ in iudicio pro primis locis vacaturis approbatos, pro illarũ Domuum expoſitis Prædicatoribus Generalibus habere dignetur, atque deſignet. Pro Domo autem de Oaxtepec R. P. Fr. Thomam de Fuentes ex natis in Indijs Conventus S. Crucis de Zacatecas Priorem triginta ſex ætatis annorũ, á profeſſione viginti, quos modeſtia, Religione, obſervantiaque legum inſumit, exantlavit enim in ipſis Curſus Scholaſticos gnaviter omnes illos, qui Ferrariæ 1498. Ord. 4. Venetijs 1592. Ord. 11. ac Romæ 1629. Ord. 2. ſunt præfixi, ac fructuoſe, non ſolum triplicem per integram requiſitam á Noſtra Conſtitutione Diſt. 2. cap. 12. Text. V. Quadrageſſimam, in bona S. Crucis dicta Civitate, verum Solemnitatibus haud paucas inibi laboravit Conciones, atque item Philoſophiam edocuit ipſe ſedens in Cathedra inſigniter, quos pro Gradu exponimus, inter tres. Pro Domo de Azcapotzalco R. A. P. N. huius Capituli Diffinitorem Fr. Ioſephum Gonzalez ex natis in Hiſpania (cuius ad hoc inſignum debitæ exhibitæ obedientiæ Ordin. 19. Romæ 1629. nec vllum verbum habuimus) á nativitate Annorum quadraginta novem, ex quibus ſuſcepto habitu agit in Religione triginta tres, Indorum inſudando ex illis laborioſo miniſterio plures, ſed omnes virtuoſa preditus indole, & ad Noſtram plene Regulam, atque Inſtitutiones commenſurata, preſertim in his, quæ Scholaſticos ad labores conducunt: fecit enim mirabiliter vltra præciſſos, & perfectus eſt in illis per id tem-

tempus à prænominatis requiſitum Capitulis Generalibus: Unde ad Dei verbum deditus diſſeminandum, fructus cepit honoris, & honeſtatis, quos præter triplicem neceſſariam, vt ſupra, continuam Quadrageſſimam, prima in optima Mexicana Civitate, ſecunda, & tertia in bonis de Amecmecam, & de S. Jacintho terris, enumerat hinc loci, & ſi disiunctim in altera, nec non vbique ſermocinationibus in quam plurimis, & pro feſtis Sanctorum, & S. corã Inquiſitionis Graviſſimo Tribunali. Pro Domo tandem de Quauhtlam R. P. Fr. Sebaſtianũ de Soto ex natis in [redacted] Indijs, qui annum agens decimum ſeptimum profeſſionem emittit in Ordine, vbi triginta ſuper iſtum addit, & quinque moribus præditos regularibus, quæ ad lancem Religioſi trutinata inſtituti, talentum ſibi creditum duplicatum reportant, ni forte quadruplum reddunt, dum quatuor, vnam ad ſtatutas, vt iam ſuper addens, Mexici Civitate, fructuoſa, laudabilique prædicatione adimplevit Quadrageſſimas totas, atque multiplices, nec non paſſim occurrẽtes per Feſtivitates, Feriaſque inſignes, & ad Sancti Apoſtolicum Officij Senatum, & Metropolitanam ad Baſilicam Cathedralem ſermones. Cum ergo conditiones, prout memores exprimimus Ordinationis Nobis à R^{mo} P. N. Mag. Generali commẽdatæ in ſuis Dennntiatione 5. Dennntiatis, quo repulſam ibidem ab eodemmet petitioni ſtatutam aliter factæ, fidimus, nullatenus experiri, diverſorum Capitulorum Generalium, præſertim Bononienſis 1615. ad Gradus Prædicaturæ Generalis obtinendos, præhabeant, pro ipſis ipſos Conventibus in dictis erigendis, vt rogamus, exponimus, ac deſignari emiſſis Litteris Patentibus, inixe á R^{mo} P. N. Magiſtro Generali poſtulamus, cui item quam ſuppliciter exponimus plures alios RR. PP. qui miniſterio Populis exhibendo Mexicano in Idiomate aſſiduam navarunt operam, & impẽdunt. Nos ſuorum conſcios feciſſe meritorum, inter quos emínet R. P. Fr. Ioannes de Roxas, qui multis ab hinc Annis huic muneri inſudavit, quo moti ab eodem R^{mo}. P. N. Mag. Gen. exoramus, vt apud SS^{mum} reſpondentia his laboribus præmia, quibus omnes excitantur ad onus, conferenda procuret; vt in Vi-

nea

nea, Domini laborantibus, & Gentium culturæ perdifficili idiomate incumbentibus, quod iuſtum fuerit perſolvatur.

4. Quoniam, iuxta Rmi P, N. Mag. Gen. Litteras Patentes die 14. Maij. 1695. expeditas, nullum in Artium, vel Theologiæ Lectorem in præcipuis noſtræ Provinciæ Studijs evehi poſſe, iubetur, qui in alijs prius Studijs non legerit, quamobrem Artium Curſus in Conventu SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli de Queretaro á Concilio PP. in Convẽtu Mexicano S. P. N. Dominici habito inſtitutus eſt, & cum experimento comperiamus ad illius Conventus, ac noſtri Ordinis honorem ſpectare, quod ibidem prædicti Artium Curſus lectio permaneat, publicè ſiquidem multoties aliorum ibi florentium Studiorum causa theſes, in quibus diſputare tenemur, occurrunt, prædicti Artium Curſus perpetuo duraturi cõfirmationem à Rmo P. N. Mag. Gen. ſupplices expoſtulamus.

